rius viuant hucusq; Greg. in libro. xx iij. mor. uelẽs igit ondere in aliq; pte auctoritatẽ viri greg. statũ incipiẽtiũ proficentiũ & pfectoꝝa materia nostra quaz tractamus aliqliter digressi sumus. Dz redeamus nũc ad propositũ & statũ incipientiũ prout dñs donauerit exequam. Dicẽ emz supius dictũ est. q; ops deus quos preordinauit ad vitã eternã diuersis mõis ad se uocat maxime tñ hocipm pduplicẽ moduz cõtigere solet aut p flagella correptionis aut p affectũ dilectõis. posiq; uerorales p pñam & emẽdatõez vite ad deum uersi fuerint diuersas impugnatões & laborez sustinẽt. sz sustinere debent paciẽter q2 ptrãsitoriũ laborẽ aboterno doloze liberant. ỗ quo loquitur gre. vj. mor. sup illo iob. ipse vulnerat & medet sic dicens. ¶ Duobus modis dus omps vulnerat quos vult reducere ad salutẽ. Aliqñ emi carnem pcutit & mẽtis duriciã suo pauoze calescit. vulnerãdo ergo ad salutẽ reuocat cũ electos suos affligit exterius vt interius viuãt. Und p moysen quoq; loquit sic dicẽs. Ego occidã: & ego viuere faciã. Occidit emi & vivificat percutit & sanat. Quia idcirco foras flagella admouet vt intus vulnera delicto rũ curet. Aliqñ etiam si flagella exteriꝰ cessare videant intus vulnera affligit. q2 mentis nẽe duriciam suo desiderio pcutit. sed pcuciẽdo sanat. Corda emi male sana sunt cũ nullo dei amoze sauciant cũ pegrinatõnis sue erumnã nõ sentiunt. sz vulnerant vt sanent q2 duz amoris sui spiculis mentes deus insensibiles percutit. mox eas sensibiles per ardoꝝ caritatis reddit. Und de p sponsam in canticis canticoꝝ dr vulnera caritate ego sum. Male emi sana aiã atz in h? exilij ceca securitate prostrata nec videbit dñm nec videre req; rebat. pcussa ãt caritatis spiculis vulnerat in intimis affectu pietatis. ardet desiderio pplatõis & miro mõ viuificat ex vulnere q pri? mortua iacebat in salute estuat. anxiat. etiã videre deiderat quẽ fugiebat. pcussiõe ergo ad salutẽ reducit q ad securitatẽ quietis intime amoris sui perturbatõe revocat. Sed sauciata mẽs cũ anxiare in deũ cepit cũ cũcta mũdi huius blandimẽta despicies ad supnã patriã p desideriũ tendit ad tempratõez et protinus vertit q; quid amicũ prius in sclo blãdiq; putabat. nam qui peccantẽ amare pseuerat recte viuentẽ crudeliter impugnat & erectus in deo aimus carnis suebella tolerat in q; prius victus fuiens delectabit & iacebat voluptates pristine ad memoriã redeunt & ptradicẽ tẽ mentẽ grauiter tñ affligũt. Sed dũ p hoc transitorio labore atterimur a perpetuo doloze liberam. hec greg. ¶ Quicũq; g̃ de erũnoso seculo ad scãm conuersionẽ siue religiõez p dei gram vocatus & conuersus fuerit siue p flagellatiõnẽ siue p dilectõez aut quocũq; alio mõdo supra pluries premissuz est stet firmus in ꝓposito nec ꝓpter temptatõz aliquã impugnatõem seu aduersitatẽ a sancta intentõe & via salubri quã p pter pctã sua pmitenda & eternã remuneratõem refiliat assumpsit. Sz viriliter cũ adiutorio dei istis impedimẽtis resistat. Cũ adest gra dei aut cõpũctio agat gram deo. & studeat hãc ꝓseruare in se p hũilitatẽ & simplicitatẽ cordis Cũ deest ꝓpter hoc nõ deficiat sed p gemitũ & piũ affectũ ad deũ iterũ cã req; rat do nec inueniat. Cũ vo pulsatus fuerit pvarias tribulatões & temptationes paciẽter sustineat. ne ꝓpter hoc instabilis efficiat. sed p patientiã & longanimitatẽ ac prequisitõem ꝓsilioꝝ a seniorib; timentib; deũ has impugna

tões studeat in seipso mitigare ac etiã
euadere q3 impossibile est vt deus illũ
sine ꝓsolatõe derelinquat qui facit qđ
in se est videlicet temptatõibus pacĩ
ter resistendo tribulatões sustinendo.
ꝓfitia vt dictũ est ab alijs querẽdo ⁊ ĩ
ipsis ꝓfectũ acquirẽdo ⁊ in his oĩbus
viriliter agendo ac pseuerãdo. q3 fide
lis est deus. vt dicit apl'us paulus qui
nõ patĩ nos tẽptari supra q̃ possumus?
sed facit cũ temptatõe etiaz prouentũ
vt possimus sustinere. Amãtes igit ex
hoc pseueremus in via ⁊ in preceptis
dñi nihil hesitãtes ⁊ salui erim?. Fili?
De impedimẽtis ⁊ temptatiõibꝫ
qua patiunt incipientes ⁊ nouit
ter conuersi ante ingressuz ordinis ⁊ tpe
probatiõis ac etiã de remedijs contra
hoc satis clare informatus sum. Nũc
igit audire desidero de pnĩa quam sub
ire debẽt penitẽtes ⁊ de seculo ad ordi
nem conuersi. Et primo quid sit peni
tentia. Capitulũ. XIII. Pater.

Penitẽtia quid
sit. sctĩ doctores in suis dictis
diffiniunt. in hec verba primo ambro.
sic dicit. P Pnĩa siue vere penite
tere est preterita mala plangere ⁊ plã
gẽda ite3 nõ ꝓmittere. Item brũs gre
go. penitere est añ acta pctã flere ⁊ ite3
rũ flenda nõ ꝓmittere. Et beatus aug.
dicit. Penitentia vera est penitẽda nõ
admittere ⁊ admissa flere. Dicit etiã
brũs verũ. Verus penitens est semp in
labore ⁊ dolore. dolet de preteritis. la
borat pro futuris cauẽdis. Ecce qũo
sancti patres cõcordãt in vnũ asseren
tes pnĩam esse in dolore ꝑpetratorum
vitiorũ seu facinorũ ⁊ de cetero nõ ad
mittendorũ. Quia qui adhuc agit qđ
penitet procul dubio penitens non est
q3 irrisor. vt dicit ysidorus inanis ẽ pe
nitentia ⁊ infructuosa quo ad salutem
quã sequẽs coinquinat culpa. nihil eĩ
prosunt lamẽta si replicent peccata mi
hil valet venĩa a malis discere ⁊ mala
denuo iterare. dicit etiã ambro. hoc est
vera pnĩa cessare a pctõ vnde vera pnĩa
hoc requirit vt homo de pctis ꝓmissis
doleat ⁊ post eadẽ nõ admittat. hoc te
stat beatus verũ. sic dicẽs. vera siquidẽ
pnĩa est sine intermissiõe omni tpe do
lere de peccatis sic plãgere vt nũq̃ cõ
missa amplius admittat nec voluntate
nec facto. hec verũ. Qui eñ vere penitet
et digne nõ iterat lapsum sed a te om
nẽ mortis repellat casum. Nam felix
ille est vt ait ambro. Qui in animo hoc
ꝓstituit vt ꝓmissa deplangat ⁊ plangẽ
da amplius nõ admittat. hic talis ve
rus penitẽs est ⁊ veram pnĩaz ducens
q3 hoc qđ nequiter ꝑpetrauit ex animo
dolet. ⁊ a similibus vicijs ⁊ pctis pro
ponit đ cetero firmiter abstinere. đ hoc
ait richardus de sancto victore diffini
ens veram pnĩam sic dicens. vera pnĩa
est de preterita preuaricatõe dolere cũ
firmo propposito cõfitendi satisfaciẽdi
et cũ omni cautela cauendi vnde pub?
lican? vacat hec richar. Quia
ad hoc q̃ homo bene penitear quatuor
exigunt. Primũ q̃ doleat de peccato
Secundũ q̃ cessat vlterius a peccato
Terciũ q̃ proponat cessare peccare vs
q̃ in finẽ vite sue. Quartũ q̃ emẽdet
benefaciendo. ꝓfitendo. ⁊ satisfacien
do. R Etiam sciendũ q̃ pnĩa fm
ethimologiam dicitur quasi pena ten
nax. quia omnis pnĩa penalis esse de
bet. Nunquã etiaz sine interiori vel ex
teriori pena vel dolore deo satisfacere
potest quis ꝑ peccatis aut quia punit
deus aut punit homo vnđ publicanus
pcussit pectus ne puniretur. nec vnq̃
dimittit̃ peccatum nisi homo ꝑ interi
orem dolorem cõteratur. nisi eniz sese
cisse doleat quod ꝓfitetur venĩam non

meretur. Sic igitur patet quid sit penitentia. Nunc videndum est de effectu penitentie siue fructu quem assequuntur penitentes et veram penitentiã agentes. Unde primo sciendum q̃ omnia peccata siue originalia vt in infantulis siue actualia vt in adultis per sacramentum baptismi cum suscipiẽtes delentur non solum quo ad culpam. sed etiam quo ad penã. Sed quia valde paucissimi innocẽtiam susceptam in baptismate illibatam custodiunt. nam quasi cõmuniter post assumptum baptismum homines in diuersa peccata aut consentiendo vel mala opa faciendo labuntur. perpetrato vero peccato innocentia perditur et culpa incurritur per quam ad eternã damnationẽ obligatur. Ab hac igitur macula et peccati culpa baptismus abluere non potest. quia semel susceptus nec custoditus virtutem tollendi maculas peccatorum non habet. Dominus autem deus noster cuius misericordia superomnia opa eius videns oculo pietatis sue infirmitatem nostrã fragilem esse ad peccandum cauendũ prouidit nobis ad remedium p̃ quod post peccata id est naufragium ipsius misericordiam et gratiam obtinere possemus videlicet penitentie medicamẽtũ. penitẽtia quippe est secunda tabula post naufragium ad quã peccator potest recurrere q̃diu est in statu presentis vite quanto cũq̃ et quocienscũq̃ diuinam misericordiam voluerit implorare.

Duplex est enim naufragium scilicet peccati originalis et peccati actualis. De primo igitur liberamur per baptismum qui virtutẽ accepit et efficatiam a tabula crucis cristi. De secundo autem liberamur p̃ tabulam penitẽtie quã diuina clementia prouidit hominibus. quia pro peccato actuali non potest quis iterum baptisari. de hoc dicitur in quadam omelia sic. per baptismum renascimur et immortalitatis promissa accipimus si post baptisma nos a peccatis obseruamus. nã si post baptisma in peccatũ prolabimur sine quo impossibile est fragilitati cõsistere nõ ad immortalitatem. iterum p̃ baptismũ possumus reformari sed p̃ fontem lacrimarum p̃ penitentiã et confessionem eandem possumus adipisci immortalitatem p̃ gratiam et misericordiam dei. Ad mundiciam igitur quam consecutus es p̃ baptismum conseruandã et ad penitentiã si postmodum lapsus fueris agendam. beatus Augu. sic hortatur dicens. habete tunicam mundã sicut accepistis de baptismo nullius eã maculet moribus malis seruate quod accepistis. Qui vero polluerit vestem istã lacrimis mundet et a malis se separet. cõfessionem celebret et correcta vita iam non redeat ad vomitum sicut canis. Hec dicit augu. Et notandum q̃ baptismus spiritualis in vera penitentia et cordis contritione ac in effluentis lacrimarum attestatione cõsistit quia sicut baptisma sacramentale ex aqua et spiritu sancto habz vim regenerativam sic baptisma spirituale ex aq̃ lacrimarum et spiritu contritionis cõsequitur efficatiam et virtutem. Hoc baptisma vocat hieronimus secundã tabulam quã post naufragium deus peccatoribus misericorditer ordinauit et cum ad primũ baptisma nobis peccantibus redire nõ licet in huius baptismi lauacro cõmissa crimina abluens. quia ipsa penitentia reformat ipsum baptismum per peccatum violatum. Hoc testatur beatus iohannes abbas d̃ mõte synai in tractatu de.xxx gradibus ita dicens. Pñia est reuocatio baptisinatis. pñia est pactõ ad deũ

secũde vite pñia est indesinẽs desperatio corporalis consolationis. pñia est recociliatio dñi p bonam opatõez pemitentia est ꝓscientie emundatio hec iohãnes abbas. vnd ꝓfundant hi qui dicunt post baptisma peccata perpetrata p pemitentiã nõ posse deleri. De quibus dicit theophilus. Lacrime petrũ christo ppñiam adduxerunt cõfundãtur itaq; nouaciani qui dicunt q; qui post susceptionẽ baptismatis peccauerit non suscipit a deo vt sibi delictũ remittatur. Ecce petrus qui t corpus christi sumpsit t sanguinem p pñiaz est receptus. Etenim sanctorũ defectus ideo scripti sunt. vt t nos si p incautelaz ceciderimus recursum habeamus p eoꝝ exempla ad christum t speremus p pemitentiam subleuari. hec theophilus.

X Ineffabilis quippe pietas dñi peccatoribus post gratiaz baptismi in peccata cadentibus aliam gram videlicz remedium pñie misericorditer prouidit p quam possit post lapsum baptismi iterum veniam t misericordiaz inuenire. De ꝙ gratia dicit abbas ysaac in quodam sermone siue tractatu. Gratia p? gratiam data est hominibus in pñia. ¶Pemitentia em̃ est porta peccatoꝝ que apta est psequentibus eam. p hanc portam intramus ad diuinam misericordiam t absq; introitu isto nõ inuenimus misericordiam. q; omẽs peccauerũt iuxta diuinam scripturam iustificati gratis p gratiam ipsius dei. ¶Pñia est gratia secunda t oritur in corde ex fide t timore. Timor autem est baculus spiritualis gubernans nos quousq; puemamus ad paradisum spiritualiũ bonorum t cũ ibi applicauerimus dimittit nos t reuertitur. ¶Paradisus est charitas dei in qua est delectatio cũctarũ beatitudinum. t sic sicut impossibile est transmeare magnũ mare sine naui sic non põt aliquis sine timore ad caritatem transmeare. Cum naui ergo pñie transfretare possumus habentes remigatores timoris q; si hi non gubernãt nauem hanc pñie cum qua transimus mare huius mundi ad deuz submergimur in mari. ¶Pemitentia est nauis. timor gubernator. charitas portus diuinus. Facit ergo timor nos sedere in naui pñie t transfert nos mare mundi feridum t ad portum diuinũ qui portus ducit nos ad quaz respiciũt omes qui laborẽt t tribulantur in pñia. Cũ q; puenimus ad charitatẽ puenimus ad deũ vt vita nostra pficiatur. hec abbas ysaac. ¶Hanc igitur gratiã videlicet remedium pñie vnusquisq; peccator qui prolapsus est in scelera necesse est vt adeat si suorum criminũ veniam a domino obtinere desiderat. De talibus ad deũ post peccata cõmissa redeuntibus ad pñiam beatus grego. xxvq. moralium sic dicit. Sepe cõtingit vt pleriq; deũ deserant vt vite suetpa carnalibus delectatiõibus expendant. sed tamẽ supna gratia respecti in extremis finis ad deum redeũt que sint eterna iudicia cognoscunt cuncta que egisse se puerse meminerint fletibꝫ puniant atq; hec eadem insequi rectis opibus oñdunt quibus subsequente iustitia prorsus tocius dimittitur quod ante deliquerunt quia graui luctu afficit eadẽ gratia que post facinora mentẽ repellet. nam male gesta ad memoriã reducit sibiq; hominem q; fit iuste damnandus ostendit vnde fit vt petm̃ oñe qõ se egisse remiscitur quotidianis fletibus insequatur t quo magis valet qõ iustum est cernere eo ardẽtius apperit iniustũ se gemitibus punire Que cum dñs illustrando ꝓpleuerit eius vitam procul dubio in lamentũ vertit atq; illumiat mẽtẽ quo magis eterna suppli-

cia insinuat eo hāc diuius de trāsacta nequitia gemitibus fatigat ⁊ volet homo q̄ fuit peccator. q̄ bonum incipit iam quod nō fuit. odit qualē fuisse se meminit amat qualem se esse debuisse agnoscit ⁊ solam iam pñe amaritudinē diligit. quia caute ꝓsiderat in quātis voluptatibꝫ sua delectatoine peccauit. Bene ergo p̄ lxlui: dicit̄ post eū rugitus ⁊ fomitus. quia cū mētem deus ingredit̄ ꝓstat ꝓculdubio q̄ mox penitentie gemitus sequatur vt ei iam salubriter flere libeat qui prius de iniquitatibus flendis iocūditate gaudebat ℣ quo vberius culpa fletur eo altior cognitio veritatis attingitur. q̄ ad videndū internū lumen polluta dudum cōscientia lacrimis baptisata renouatur. hxc grego. ¶ manda ergo ⁊ deside randa ab ommibus est virtus pñe que nō solum abstergit facinora verētiaꝫ ꝓsolatōnem in gratiā sancti spiritus penitentibus ⁊ lugentibus solet impetrare. ¶ testatur hxc quidam doctor sic dicens Quivere penitet ⁊ veraciter dolet de pctis absq̄ mora indulgentiam accipiet ⁊ quanto quis freq̄ntius quātoq̄ vehementius de suo reatu interno dolore afficitur. tanto certior tantoq̄ securior de indulgentie venia efficitur inde est q̄ aīam pñe lacrimis afflictā tam frequenter quaꝫ libenter ꝓsolatur spiritussanctus illā frequenter visitat. et illam libenter ꝓfortat ⁊ ad vēie fiduciam plene reformat quaꝫ sua scelera flendo damnare ⁊ damnando flere cōsiderat. incipit namq̄ extunc quedaꝫ familiaritas inter deum ⁊ aīam fieri ⁊ ex eius aduentu nō tantum iam: consolari ymo aliquotiens quodam ineffabili gaudio repleri. ¶ Sed ad hxc quis ydoneus ꝓfecto verus penitens ⁊ cōfitens post baptismū cū nullum aliud nobis cōstitutū remediū est q̄ penitē/cie ⁊ cōfessionis. hxc ille ¶ Patet igitur ex predcīs satis clare qūo baptismus p̄ peccatum violatus p̄ penitentiam reformatur. Filius.

¶ Vero etiam de hoc informari vt̄ omnia peccata qualitercūq̄ commissa possint p̄ pñam deleri vel si est aliquod peccatum tam grande q̄ō careat indulgentia aut remissione.

Capitulū. XIIII. ¶ Pater. ¶ Scire debes q̄ omnia peccata p̄ pñam deleri possunt ſm aug. ¶ Qui sic dicit. non est quicquā in criminibus q̄ō non penitudine deleatur excepta tamen desperatione que facit desperare de dei misericordia ⁊ obstinatōne que obdurat cor ad penitendū. hxc eīm duo scilicet desperatio ⁊ impenitentia carent venia ¶ De desperatione dicit ysidor⁹. Nulla esse tam magna culpa que nō habet veniam solū desperationis crimen est q̄ō non haberet veniaꝫ nec mereri potest. Et beatus augu. ¶ Peccatum desperatiōis vera mors est. ¶ Dicit beatus hieronimus de penitentia. ¶ Nihil tam repugnat deo q̄ꝫ cor impenitens solum crimen est q̄ō venia non habet. hxc hieronimus Ista igit̄ duo solūmodo videlicet desperatio ⁊ obstinatio siue impenitentia iuxta sniam sanctorum doctorū vt dictum est. veniam nō merentur. ¶ Ceteraverō omnia peccata q̄ꝫcuis enormia p̄ pñam delentur. ¶ testatur hoc beatus augu. sic dicens quecūq̄ necessitas cogat ad pñam nec quantitas criminis nec brevitas temporis nec vite enormitas nec hore extremitas si pura fuerit ⁊ voluntatū muratio excludit venia. sed in amplissimos sinus suos mater charitas reuerentes recipit ꝑ vigos ⁊ velit nolit novatus hxreticus. semp̄ rependentes suscipit deus. hxc

augu. Consolentur ergo cristi fideles de tanta pietate di ⁊ nullis licet in multa peccata ⁊ enormia lapsus fuerit de diuina miscdia desperet quia eius pietas excedit omniū viciorū ⁊ peccatorū quantitatē ⁊ numerositatez. nam oīa peccata ab origine mundi cōmissa diuine miscdie ꝓpata sunt quasi vna gutta aque respectu totius maris. quod ꝓbat beatus bernā. in quadam auctoritate sic dicens. Excedit pietas ihesu crimiū quantitatē seu numerositatem. ☞ Item dicit ☙ res ꝓfusa. ☙ res monstruosa peccatorū desperantiuz de dei miscdia cū ommia peccata originalia siue venialia ⁊ mortalia ab origine mundi cōmissa diuine miscdie cōparata sint quasi vna gutta aque contra pelagus totius maris. hec ber. Nullis igitur peccator audiens de dei pietate diffidat. si tamen ꝑ pnām cōuertitur ad dnm. qz bonitas eius supat omnez maliciam delictoꝝ. De hoc ꝑ origenē sic dicitur. Nihil desperandū est in illis qui ꝓpungunt ⁊ qui cōuertunt ad dnm. non superat eā bonitatē dei malicia delictorū. vnde si peccator fuisti. tantum si ꝓuersus es ⁊ desijsti a peccato tā sanctus appellaris. hec origenes vnde si quis est propter sua flagicia in desperatōe positus redeat ꝑ pnām ad dominū nihil hesitans quia etiā desperatos si ex toto corde conuersi fuerint. in gremiū sue pietatis letāter suscipit christus. De hoc dicit ysidorus. Sepe dyabolus eos quos conuerti ad penitentiā aspicit immanitate scelerum pcussus ad desperationem perducit vt subtracta spevenie trahat in diffidentiam quos nō potuit retinere pseuerātes in culpa. Sed penitens preuidere debet callidas cōtra se hostis insidias ficq; dei iusticiā metuat vt tamen quāuis in magnis sceleribꝫ de miscdia et confidat. Amplius igit̄ letetur de desperata ⁊ aliqñ cōuersa q; de ea que nūq; extitit pdita: nullus ergo desperare debet de venia eriam si circa finem vite ad pnāz reuertatur. hec ysidorus. Itē de magna pietate dei quam frequēter peccatoribus exhibet. dicit beatus gregorius. O ineffabilia viscera pietatis dei culpas insequitur. ⁊ tamen peccātes protegit. iratuz se indicat ⁊ tamen ab hostibus defendit cum ipsis nō erat vt vinceret. ⁊ tamē cum ipsis erat ne ab hostibus perirēt vt mater pcurit delinquentem puerum. ⁊ tamē prohibet si eum videt ire in precipiciū. hec greg. Hec ergo omnia premissa tante pietatis beneficia debz vnusquisq; peccator ex medullis cordis attendere ⁊ cōfidēter de venia peccatorum suoꝝ presumere. sic tamen presumat vt quantocius a peccatis cōtra deū cōmissis ꝑ penitentiam se purgare studeat. De hoc dicit cyprianus sic. Quisq; penitens debet de venia peccatorū presumere vt nūq; tñ cesset se purgare de culpa. Sic debet confidere se esse in dextera dei vt caueat illius finistra feriri. hec cyprian?. Gaudeant ergo omnes peccatores audientes tantā pietatem ⁊ bonitatem et se invulceribꝫ dei nostri. ⁊ nullus negligat tante miscdie finum. ☙ Si quis est iuuenis ⁊ nō est prolapsus in mala ꝛa crimina conuertatur ad dnm ⁊ maiorem gratiam ab ipso cōsequet quia multum vtile est deoq; carū a iuuentute ⁊ in iuuentute ⁊ famitate ꝓueri confiteri ⁊ penitere. Est eā vtile propter multa. primo quia qñ muratur conuersio in iuuentute est grata ⁊ sanctificata tanq; primicie etatis ⁊ vite nostre domino. ꝟ illud treñ. iij. Bonum est viro cum portauerit iugum domini ab adolescentia sua. Secunda quia facilis ⁊ expedita quia talem conuersio

nem minus impedit precedens peccā di consuetudo ⁊ peccatorum multitu/ do ⁊ ō preteritis multa ⁊ onerosa satis/ factio ⁊ venie desperatio. nam quanto minus quis peccauerit tanto citius ꝑ suis excessibus sati ffacere potest deo ⁊ de venia gaudere. Tercia quia secura ē et multiplicat merita. mens enim que non est onerata grauibus peccatis fre/ quenter est in gaudio. naꝫ vbi bona cō/ scientia ⁊ secura mens ibi est quasi iu/ ge cōuiuiū. Quarto quia virtutes con/ gregate in iuuentute senio cōfectos so/ lent consolari ⁊ letantes facere. quod probat iohannes abbas in tractatu de xxx. gradibus sic dicens. da prompte labores iuuenturis iesu christo. ⁊ gau/ debis in senio sup̄ diuitias impassibi/ litatis. in iuuentute eñ congregate se/ nio confectos ꝓsolantur ⁊ nutriunt la/ borem⁹ iuuenes frequnter curramus vigilanter. quia mors est incerta vere malignos ⁊ crudeles dolosos asturos potentes ⁊ non dormientes immateri/ ales ⁊ inuisibiles inimicos habemus in manibus ignem tenentes ⁊ templū domini dei ihesu christi cōburere cupi/ entes ⁊ nitentes ꝑ flāmam que est in eis. Nullus ergo iuuenis existens imi/ micos suos demones recipiat dicētes Ne conteras carnem tuam ⁊ corpus tuum vt nō laboribus ⁊ infirmitatib⁹ concidas. hec iohannes abbas. ¶ Et sic habemus qūo valde salubre sit in puericia ⁊ in etate iuuenili deo adhe/ rere per ꝑfectam conuersatōnem. ¶ Si quis vero in adolescētia sua ⁊ iam in ad/ ulta etate pctā ⁊ facinora grauia lapsi fuerint anteq̄ꝫ per longum vsum ⁊ cō/ suetudinem ipa vicia veniant ⁊ mentē in nequicia indurent. necesse est vt fe/ stinent quantocius ad remedium pñe/ per quam possint obtinere a deo grati/ am venie ⁊ messe. tales namq̄ nōnūq̄ꝫ postq̄ cōuertuntur ad deum ꝑ penitē/ tiam tanto fortiora acta ꝑagunt quan/ to maiora peccata contra suum condi/ torē cōmiserunt. de talibus peccatori/ bus ⁊ alijs in statu innocentie ad deū vocatis ⁊ conuersis beatus Gregori. xviij mor. sic dicit. ¶ Sensandum est q̄ occulto ꝓfilio omnipotens deus quos/ dā ab ipsis exordijs suis innocentes/ custodiat ⁊ vsq̄ꝫ ad virtutum summa ꝑ/ uehit vt etate crescente simul in eis ꝑ/ ficiat ⁊ annorum numerus alios nume/ rositas ⁊ celsitudo meritorum. alios/ vero in exordijs suis deserens scaturi/ entibus vicijs ire per abrupta p̄mittit/ plerumq̄ꝫ tamen eos respicit ⁊ ad se/ quendum se sancti amoris igne succē/ dit atq̄ꝫ inolitas in eorū cordibus pru/ rigines viciorum vertit in feruorem v/ rtutum ⁊ eo magis ignescunt ad deside/ rium requirendū pietatis dei quo ma/ gis erubescunt memoriā iniquitatis/ sue sic̄ sepe cōtingit vt in pugne certa/ mine miles ante ducis sui oculos con/ stitutus hostili virtute turpiter cedit ⁊ enormiter prebens terga feriatur qui/ tamen hoc ipsum quod turpiter gessit/ erubescens ante ducis sui oculos ma/ iores ex ipsa verecūdia vires sumit tā/ toq̄ꝫ fortiora postea exercet quanto fu/ git. vt p̄ritem gloriam virtutis pera/ gat ⁊ preteritam ignominiam debili/ tatis tergat. ¶ Sic igit̄ nōnunq̄ꝫ quidā/ in dei fuitio ex anteacta acrius debili/ tate roborantur eosq̄ꝫ ad custodienda/ mandata ⁊ futurorū trahit desideriū/ ⁊ impellit memoria preteritorum vt/ hinc ad futura amor ꝓuocet illinc de/ preteritis verecundia instiget. hec greg. G. ¶ Dz sunt nōnulli qui nec ī puerī/ cia nec ī adolescētia vel iuuētute a ma/ licia sua vel mala vita ad deū se cōuer/ tere studēt dicentes in cordibus suis/ quamdiu viuit etas iuuenilis fruamur

wlupratibꝫ ꝛ deſiderijs ꝛ poſtꝯ ſenuerimus de malis factis noſtris pñiam agemus quoꝝ ſtulticiã abbas effrem in vñ. omeł. ſua ſic cõmemoꝛat dicẽs Quãdo re obnoxiũ ꝓ peccatum ſenſeris ad pñaz cõuerti non verecũdaris ſeu cõfundari. qz qui hic pemtuerit in nouiſſimo nõ pemtebit. clementer eñ dñs ad pemitentiã ꝓfugientes ſuſcipit ne in miſcoꝛdia domini fretus peccatis peccata adꝛicias. nevelis dicere viget eras mea. carnis ꝓcupiſcentiã exercebo ꝛ poſtremo in ſenectute maloꝝ meoꝝ pemitudinez geram pius namꝯ eſt dñs ꝛ multuz miſericoꝛs nec vltra facinoꝝ meoꝝ memoꝛabit. ſumma namꝯ eſt ſtulticia hec in mente ꝓcipere. quis eñ nouit hoꝛam ſiue diem exitus ſui. nõ enim omẽs in ſenectute hac luce pꝛiuant. ſed in diuerſis etatibus de hoc mundo migrant ꝛ in quibus actibus vocabitur homo in eiſdem neceſſe eſt eum reddere rationẽ. nemo enim in inferno cõfitebitur dño. ſed tu nec cunctaris ad pemitentiã conuerti ſemp ante oculos tuos verſetur vltimus dies. Cum enim diluculo ſurrexeris ad veſpas te ambigas puenire ꝛ cuz in lecto ad quieſcendũ membꝛa poſueris noli cõfidere de lucis aduentu ꝛ facilius te poteris refrenare ab omnib. hec abbas effrem. Videmus igit ꝓpredicta ꝙvalde ſtultũ ſit talia in mente cõcipere. ꝛ in tali inſenſata cogitatione perſeuerare. qz multum infelix eſt qui iuuentutẽ ſuam in vicijs cõſumit. dyabolo ſeruiendo ꝛ poſtea ſenectutẽ ſuam vult offerre chꝛiſto. Teſte beato bernar. qui dicit. Infelix eſt qui flozẽ iuuenturis ſue offert diabolo. ꝛ fecem ſenecturis ſue chꝛiſto. hec bernñ. Tales ꝯ qui ſic ad penitudinẽ ſenecturis tempus expectãt. multũ timere debent ne dum ſperant a deo miſcoꝛdiaz incidant in eius iudicium. De hoc dicit beatus gꝛeg. Satis alienus eſt a fide qui ad agendã pemitentiã tempus ſenecturis expectat. metuendũ eſt ne dum ſperat miſcoꝛdiam incidat in iudicium. hec gꝛego. Ecce patet ꝙvalde incautũ ſit differre penitentiã ꝛ emendationẽ vi revſꝯ ad etatẽ ſenilez ¶ Sed qꝛ eſt adhuc grauius multi ipſam penitẽtiam differunt vſꝯ ad extremã hoꝛam mortis quod multũ eſt ꝑiculoſum De quo dicit beatus gꝛeg. in regiſtro Qui penitentiã differt ad hoꝛaz ſui obitus eſtimo ꝙ a merito penitentie eternaliter maneat alienus. nam ſm aug. Penitentia ſera raro eſt vera. Quo enim quis poteſt penitentiã agere doloꝛe infirmitatis pꝛegꝛauatus ac in extremis vite finibus cõſtitutus. aut quo poteſt penitentiam agere qui opa nulla ſatisfactionis iam exercere valet vnde penitentia que ab infirmo ſeu moziente petitur. timendum eſt ne ipſa moziat De ꝑiculoſa hac in extremis penitentia dicit beatus augu. in quodam ſermone ſic Parum eſt peccatoꝝ penitere niſi penitentiam peregerit. ad emẽdanda enim crimina vꝛ penitentis tantũ nõ ſufficit. nam in ſatiſfactõe ingentiũ pctoꝝ nõ vba ſed etiã opa querunt Datur etiã quidẽ in extremis penitentia ꝛ non poteſt negari ſed auctores eſſe non poſſumus ꝙ qui ſic decierit mereat abſolui. Quo enim agit penitentã laſſus. Quomodo agit pñaz in extremis finibus vite conſtitutus. Quo penitentã agere valeat qui iam nulla opera ſatiſfactõnis per ſe opari poteſt ꝛ ideo penitentia que ab infirmo petitur infirma eſt penitẽtia que a moꝛtuo petitur. tantum timeo ne ipſa moziatur. Et ideo dilectiſſimi qui cunctꝯ vult inuenire miſericodiam dei ſanus agat penitentiam in hoc ſeculo

vt sanus esse valeat in futuro. hec aug. Videmus igit ex dictis q̄ periculosum sit differre vsq; ad extremā horā mortis pñiam tam egrotus quisq; circumdatus infirmitatis dolore vix cogitare valz aliud q̄ quod sentit. q2 tota mēs eius versatur ibi vbi vis est doloris ⁊ si penitet ex dolore penitet. nō ex timore quod valde displicet deo ¶ De hoc dicit brūs hieronimus sic. Age penitentiā dum sanus es dū peccare potes vt ex amore nō ex timore videaris penitere ⁊ pctā tere relinquere non ipsa te quia si egrotas quomodo scis q̄re peniteas vix aliō cogitare potes q̄ qō sentis. illuc enim rapitur tota intentio mentis vbi est vis doloris. hec hiero. Valde igitur salubre ē vt homo pñiaz agat adhuc incolumis añq; veniat hora mortis. ne dum cum potest penitere noluerit ⁊ cū tarde voluerit omīo non possit ⁊ qui praue viuendo pñiam primo vult agere in mortis articulo huius est valde dubia remissio Quod tangit yſidorus in tractatu de summo bono. sic dicens q̄uis quisq; sit peccator impius si ad pñiam conuertat consequi posse venīā credit. nullus enī de dei bonitate dubitet. sed sola accipiēdū praua conferre sibi indulgentiā abneget in hac vita tantūdem pñe latet libertas post mortem nullā esse correctōnis licentiā. Unde p propheta dicitur date inquit domino deo vestro gloriaz id est anteq; mors eterna preueniat in hac vita dum estis deum p pñiam glorificate adhuc in seculo pñiam agentibus ⁊ opantibus dei misericordia subuenit in futuro aūt iam non opamur sed rationē operū nostrorum ponimus. p id deteriorantur plerumq; iniqui qui p pacientiam dei spaciū accipiunt emendandi quam illi mora viuendi nō vtātur ad pñiaz. sed ad peccandi vsurpāt audaciam. A malo autez in deterius vadit qui tpe sibi ad penitendū indulto ad libertatem praui operis vtitur. Festinare debet vnusquisq; ad deū dū potest ne dum si potest noluerit. cū tarde voluerit omnino nō possit. proinde prophēta ait. Querite dominum dum inuenīri potest inuocate eū dum prope est. Et vbi inueniri potest nisi in hac vita in qua etiam ⁊ prope est oībus inuocantibus eum. nam tunc longe erit quando dixerit. ite in ignem eternū. Quomodo enī non videtur ⁊ prope nō erit quia ⁊ videri poterit ⁊ non poterit inueniri. Sed quando quis peccare potest penitere q̄ ⁊ vitam suam viuens ab omni crimīe corrigit nō dubium q̄ ad eternā transeat requiem. Quis autez praue viuendo penitentiā in mortis articulo agit sicut eius damnatio incerta est sicut remissio dubia. Qui ergo cupit certus esse in morte de indulgentia. sanus penitet sanusq; ppetrata facinora detestet. Et alius cū tamen quālibet per penitentiā propiciatio sit peccatorū sine metu tamen non debet esse homo. quia penitentie satisfactio diuino tantū propensatur iudicio non humano. proinde quia miseratio dei occulta est. sine intermissione flere necesse est. neq; enī vnq; oportet penitentē habere de peccato securitatē. nam securitas negligentiā parit negligentia aūt sepe ad vicia transacta reducit. hec ysidorus. ℟ Sciendū tñ q̄ ops dōs etiaz et senili etate constitutos nō deserit si ad ipm veraciter p pñiam conuersi fuerint. nam tales brūs grego. in vna omel. ad penitendū hortat sic. d. Qui vigilare in sexta vigilia noluit tercie vigilie remedia nō amittat vt q̄ in nocte ad vias vite ñ vigilabat saltē in tenebris respiscat Sepe enī in extrema ec positi necessitate oppugnāt visitante se gra dei ⁊ illa

que male gesserunt ꝑfletus diluunt aꝫ ꝑbona opa vt ꝓualent deum placare studeant quibus misericorditer ignoscitur quod deliquerunt. De talibus dicit ysidorus i libro de summo bono sic mīti supna gratia respecti in extremis ad deū reuertuntur ꝑ pīaꝫ q̄ que cūq; male gesserunt quotidianis fletibus purgant atq; in bonis opibus male gesta commutant quibus iuste totū quod deliquerant ignoscitur. quia ipi quod male gesserunt penitēdo cognoscunt. hec ysidorus. Sed adhuc sciendum q̄ omnipotens deus etiaꝫ circa finem vite peccatorem non respuit. si tamen veraciter penituerit. nam ſm augustinū nulla penitentia est sera dummodo sit vera. Dicit etiaꝫ ysidorus nō dubitamus circa finem etiaꝫ iustificari hoiem ꝑ pīe compunctionem si bona est in extremis compūctio q̄ cōuersio. multo melior tamen est ante finez vt ab hac vita securius transeatur. hec ysidorus. Quia homo ꝓ certo scire non potest vtrū bonā q̄ veram cōpūctōez in extremis habere valeat ꝑ quā possit veniā suoꝝ delictorum obtinere ac dei misericordiam inuenire q̄ etiaꝫ dubiū sit q̄ incertū vtruꝫ hi qui in peccatis multis sunt q̄ differunt pīam vsq; ad horam mortis cū querūt absolui a sacerdote sic absoluantur tōo valde necessariū est qui securus vult esse de venia vt nō differat pīaꝫ vsq; ad senilem etatem vel quod peius est vsq; ad articulum mortis Sed in iuuenili etate vnusquisq; q̄ cū sanus potest peccare. sua pēiteat peccata q̄ iuste viuat qđ si sic fecerit ꝓcul dubio q̄ gratiam a domino obtinebit. De hoc tractat beatus augu. sic dicens. Si quis positus in vltima necessitate voluerit accipere pīam fateor vobis non illi negamus quod petit. sed si securus hinc exierit ego nescio. penitentiam dare possim? securitatē vero non. nūquid dico damnabitur. sed nec dico liberatur. Vis ergo a dubio liberari age pīam dum sanus es. si sic egeris penitētiā ego dico tibi quia securus es quia pīam egisti eo tempore quando peccare potuisti. Si vis ergo agere penitentiā quando tam peccare nō potes peccata te dimiserunt non tu illa. Item due res sunt. aut ignoscitur tibi: aut non ignoscitur tibi. quorū tibi futurū sit. nescio ergo tene certum. dimitte incertum. hec augu. Cernentes igitur tam magnū bonum q̄ tam copiosuꝫ fructū esse in virtute penitentie nullus negligat salutē anime sue sed vnusquisq; qui se sentit grauatū peccati onere currat ad remediū penitentie. ꝑ pīam enim soluitur homo a peccato restituit ecclesie: reconciliatur christo: donis spiritualibꝰ ditatur. de filio diaboli efficitur filius dei paradisus aperitur. hec est que āgelos letificat. ipios iustificat amissa bona reuocat. penam eternā vitat ad quam appetendā sacra scriptura nos inuitat dicence augustino Omnis auctoritas scripture q̄ omnibus bonorum q̄ beatorum via ostendere conatur q̄ sit appetenda penitentia que languores sanat fedatos mūdat. mortuos suscitat. vicia fugat. virtutes adornat. mētem roborat. omnia bona confert. q̄ ad suscipti onez christi preparat humana precordia. Hec augu. De virtute etiam penitentie q̄ eius cōmendatione iohannes crisostomus in quodaꝫ sermone sic dicit. O penitentia que peccata deo miserante remittit et paradisum reserat que contritum sanat hominez que tristem exhylarat vitam de interitu reuocat fiduciam reformat gratiamq; habundantiorem refundit. O penitentia quid de te referam. omia ligata ru

foluis omīa soluta tu seruas omnia ad uersa tu mitigas omnia contrita tu sanas oīa desperata tu aīmas. O mira pīa rutilantior auro splendidior sole quam nō vincit peccatum nec defectio supat nec desperatio delet pīa respuit auariciam horret luxuriam fugit furorem firmat amorē calcat superbiaz liguam ꝓtinet cōpmit mores odit maliciam. excludit inuidiam. Perfecta pīa cor mūdat. animas sanctificat cogit peccatorē omnia libenter sustinere Pīa cor mundat. animas sanctificat ad suscipiendū deum interiora preparat naturalia reparat gratuita recuperat. deo recōciliat. angelos letificat demones fugat carnem domat spiritum roborat celū impetrat. Hec crisp. Ecce quante sunt in pīa efficacie siue vtutes q quāta bona confert his qui aggrediunt q assumūt eam vnde quilibz pctōr qui desiderat a peccatis absolui et saluari non negligat eam. Si quis iuuenis est ꝙuertatur ad dīm q penitētiam nō differat vsqz ad senilem etatē vt securior possit esse remia pctōrum et gloria celestis patrie. Si quis vero senex est q pīam distulit ex sua negligētia q incuria vsqz ad senecturis etatem tamen desperare nō debet sz agat pīam eo fervētius q diligentius quo diucius se cōspicit in via viciosa q sordida iacuisse. nullus vo differat ex ꝓposito vsqz ad horam mortis pīam ꝓpter ꝓicula et dubia salutis euitanda superius p sanctos doctores sufficienter expressa. Filius.

De pīa q eius effectibus ac vtilitate sufficienter instructus sum. nunc igit de gradibus siue ptibus penitentie q alqs eius circūstanticjs cupio edoceri.

Capitulum. XV. Pater.

Antequam procedatur ad explanationē penitentie q eius partium. Sciendū q omnipotens deus propter transgressiōnē suorū ꝓceproꝝ q peccati maculas odio habet omnes pecatores sz misericordiā ꝓstat ꝓcendo penitentibus testante sapiēte. Eccī. xij. qui dt Altissimus odio habet pctōres q miss tus est penitentib. Si igitur non vis odiri a deo displiceat tibi iniquitas q odi pctm q eris deo amicus. quia hoc odis qō ille odit nec hoc tantū sufficit vt displiceāt pctā. sed necesse est vt ꝓ ppetratis sceleribus pīa subsequat. quia pctā impunita esse non possunt. De hoc dicit beatus aug. in glo. super psal. sic. Audis quia deus odit iniquitatem q times si odit iniquitatem nunquid te sed in te est iniquitas odit illā deus oderis q tu. eris cm deo amicus si odisti qō odit Displiceat ergo in te ipo tibi iniquitas tua. puniturus est cī pctm malorum deus. preuem illū. nō vis vt ipse puniat. tu puni. differt manū a pctis. tu noli differre cōuerte te ad puniendū peccata. qz pctā impuita esse nō possunt. punienda ergo erūt aut a te aut ab ipso tu puni q agnosce vt ignoscat. Et quid misericordius ē deo qui tantū peit pctōribus q qui in oīb cōuersis ad se nō curat ꝓterita. hec augu. Per hec dicta colligere possumus q non sufficiat homini post pctā ad deum ꝙuerti a malis actibus abstinere q vitam in melius mutare nisi etiam domino per penitentie dolorem pro suis excessibus studeat satisfacere. testante eodem beato augustino. qui sic dicit. ad agendā penitētiaz nō sufficit virā in melius ꝓmutare q a malis actibus recedere nisi q de his q facta sūt satisfacias dño p pīe dolorē p

humilitatis gemitus per contriti cor
dis sacrificiū coopātibus elemosinis
ad proximū Augustinus predcā dixit
hoc idem btūs greg. testat sic dicens.
Admonēdi sunt qui pcta admissa de
flent. nec tñ plangūt ne iam relaxata
estimēt culpas ēs ⁊ si agendo nō mul
tiplicāt. nullis tñ fletibus mundant.
neq; enim debitor absolutus est q̄ alia
nō multiplicat nisi illa quib⁹ se ligaue
rat soluat itaq; cū deo delinquimus ne
quaq; sati facimus si ab iniquitate ces
samus nisi ⁊ voluptates ēs dileximus
ecōtrario oppositis lamētis insequam
hec greg. Necessariū igit est valde om
nicuiq; pctōri vt pmissa delicta p pnāz
in se puniat atq; deleat. q̄ ipsa pecca
ta vt predictū est impunita esse nō pos
sunt. ⁊ iō qui non vult a deo puniri p
se peniteat. puniat pnāz agēdo. de hoc
dicit btūs greg. ix. moꝝ. sup iob. Sci
ens q̄ nō pceres delinquētibus sic se
delinquēti non pcitur quis ab eterna
morte eripit, cū a delicto mundus ne
mo reperit. Si penitenti pcit q̄ delin
quēti nō pcit delicta plangimus neq;
q̄ iam delinq̄ntes sumus Ez quid est
q̄ petrus negans respicit ⁊ redempto
ris negati respectu ad lacrimas vocat
Quid q̄ paulus cū redēptoris nomē
in terra conaret extinguere eius verba
de celo meruit audire. sed tñ culpa in
vtroq; punita. q̄ ⁊ de petro scriptum
est. Recordatus petrus vbi iesu egres
sus foras fleuit amare ⁊ paulo veritas
dicit. Ego oñdam illi quantū oporte
at pro nōie meo pati. Delinquēti em̄
nequaq; pcit quia delictū fine vltione
nō deserit. aut em̄ ipse homo hoc in se
penitens punit. aut hoc dūs hoīem vin
dicās pcutit. nequaq; igit peccato pci
tur. quia nequaq; sine vindicta relaxa
tur. Sic dauid post confessionem audire
meruit dñs transtulit peccatū tuum ⁊
multis post cruciatib⁹ afflictus reatuꝫ
culpe quā ppetrauerat exoluit. Ab elec
tis eī suis iniquitatū maculas studeat
tpali afflictione tergere ēs in eis non
vult imppetuū videre. hec greg. Salu
bre ergo est homini multū vt pctā qua
litercūq; ptracta siue maiora siue mi
nora p afflictionē pñe studeat abster
gere atq; delere quia nec memoria pec
cata impunita erūt si non fuerint p pe
nitentiā delera. testatur hoc btūs aug.
sic dicens. Peccata siue pua siue ma
gna sint impunita esse nō possunt quia
vel hom̄e punient vel a deo vindican
te plectunt. cessat autē vindicta dīna
si conuersio precurrat humāna. Hec aug.
Quod etiā sentire videt beatus greg.
iiij. moꝝ. exponēs illud iob peat dies i
qua natus sum ⁊ dicit. Nequaq; hō ad
delectationē peccati rapit. nisi prius
ppe voluntarias mētis tenebras infirme
tur. Ante em̄ cecus in mente fit ⁊ post
modū se reperiat incauta. mētis infir
mitas delectatōi substernit. dicat ergo
peat dies id est pereat delectatio que in
culpā hoīem rapuit peat incauta mē
tis infirmitas que eū vsq; ad tenebras
praui sensus excecauit. homo em̄ dū
blandimēta delectatōis caute nō pspi
cit. etiā in noctē nequissime perpetra
tionis ruit. Solerter ergo vigilandum
vt dū blandiri culpa incipit ad quan
tū interitū mēs trahat agnoscat. vñ ⁊
apte Q Dies vtat in tenebras cū
culpa in ipso delectatōis exordio ad
quē perditōis finē rapiat videt. Die
in tenebras vtimur cū nosmetipos di
stricte punientes ipsa delectatōnis pra
ua blādimēta p districte pñie lamēta
cruciamus cū flendo insequimur quic
quid quotidie in corde taciti ex delec
tatione peccamus. quia enim fidelis
quisq; i iudicio subtiliter cogitatōes
exquiri nō ignorat semetipsum intror

sum discutiēs ante iudiciū diligenter examinat vt districtus iudex ⁊ iā tranquillus veniat quo reatū suū quē discutere appetit iam pro culpa punitū sentit vnde ⁊ recte subiūgit non requirat eum deus desup. Requirit deus q̄ discutit iudicando nō requirit que ignoscendo suo iam iudicio impunita dereliquit hic itaq; dies id est peccati delectatio a domīo nō requirit sed aīad uersione spontanea punit paulo attestante qui ait ¶ Si nosmetipsos iudicaremus nōvtiq; a domino iudicaremī. deū ergo diē vestrū requirere ē contra mentē nostrā subtiliter in iudicio de culpa indagare in qua .s. requisitione illū tunc seuerius pcurit quē sibi nūc mollius pepisse deprehendit ne aūt sequit ⁊ nō illustret eū lumine. in iudicio namq; dīs apparens omne quod tūc redarguit luce illustrat. quasi em sub quadam obscuritate regitur q̄quid tūc in memoria iudicis nō reuocatur. Scriptū quippe est. Omnia aūt que arguunt a luce manifestant q̄si quedā tenebre peccata penitētie abscōdūt. De quibus p̄ propheta dicit. Beati quorum remisse sunt iniquitates ⁊ quorum tecta sunt peccata. Quia ergo omne qd̄ tegit in tenebris occultat in die extremi iudicij nō illustrat lumine quod nō discutit vltiōe. actus namq; vestros quos tūc iuste punire noluerit ipsa sibi quodāmodo abscondit sciēs diuina miscōia. in lumine vero ostendit q̄quid tūc in cōspectu oīm demōstrat. hic ergo dies vertat in tenebras vt videlicet omne qd̄ deliquimus nos p̄ penitentiā feriamus. ipse aūt iudex venturus est qui cūcta penetrat cuncta pstringat qui q̄ vbiq; est locus quo fugiat nō est. Sed q̄ correctiōis nostre fletibus placat solū ab illo locū fuge ī uenit qui post ꝑpetratā culpā nūc se in penitentia abscondit ⁊ q̄ nullū peccatū dīs inultū relaxat. Aut em nos hoc flendo insequit aut ipse indicando. restat vt ad emendationē suā semp mēs soleter inuigilet ⁊ p̄fitens tergat. Ex si diē quē peccati delectatiōez dicim? tot imperi p̄cibus audimus vt .s. circūdantes fletus expient q̄quid delectatus p negligentiā aīmus delinquit. quanta aduersiōe pīe huius diei noxferiēda est videlicz ipse iam p̄sensus ad culpā. Sicut ei moris est culpe cū carnaliter mens in delectatōez rapit. sed tñ delectatiōi sue p spiritū relucatur. ita grauioris ⁊ plene est nequicie ad peccati delectationē non solum delectatōi p̄trahi. sed etiā p̄sensu famulari. tāto ergo arciori manu pīe mēs a pollutione tergenda est quāto se conspicit p cōsensum sordidius inquinatā vnde apte subiūgitur noctem illam tenebrosus turbo possideat. Quasi em quidā turbo tempestatis est p̄citatus spiritus merozis nam dum pctm̄ quisq; qd̄ fecit intelligit dum prauitatis sue nequiciā subtiliter pensat meroze mentē obnubilat ⁊ quasi cōcusso serene leticie aere omnē in se tranquillitatem cordis pīe turbine deuastat. nisi em recognoscentē se animū iste turbo se cōtereret nequaq; prophēta dixisset in spiritu vehemēti p̄teres naues tharsis. Tharsis quippe exploratio gaudij dicit. Sed cū vehemēs pīe spiritus mentem occupat omnē in ea exploratione reprehensibilis glorie ⁊ gaudij p̄turbat vt nihil iam ei nisi flere libeat nihil nisi q̄ se terrere possit attēdat. ponit namq; ante oculos illinc districtōnē iudicis hīc meritū culpe p̄gnoscit. p̄spicit quo supplicio digna sit si p̄centis pietas desit que p lamēta pēnia aeterna eruere pena consuenit. Spiritus ergo vehemens tharsis naues con-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

terit.tamen vis ꝓpũctõis valida men tes nostras huic mũdo quasi mari ꝺe/ dicata salubꝛi terꝛoꝛe cõfundit. Sciẽ dum vero est qꝛ cũ ꝓccata impunita re linquimus a nocte possidemur cũ vero hec aĩaduersione pemitẽtie plectimus mimirũ nos nec rem quaꝝ fecimus pos sidemus. Sed tũc ꝓccatũ coꝛdis sub iuris nostri possessione reducit si tñ in cipit repꝛimi tur vnde diuina voce co/ gitanti pꝛaua Cayn dicit. in foꝛibus ꝓccatũ aderit. in foꝛibus quippe ꝓcca tũ adest cũ in cogitatõnibus pulsat cu ius appetitus subter est eiꝯ homo ꝺo/ minatur. Si coꝛdis nequitia inspecta citius pꝛemit ꝙ pꝛiusꝯ ad duriciam cresçat reluctanti menti subigat vt er go ꝺelictũ suuꝫ citius animus sentiat et culpe tyrannidẽ sub iure suo pemitẽ/ ꝺo restringat ꝺicatur recte noctẽ illaꝫ expellere. Ac si apte diceretur ne cap/ tiua mens culpe sue seruiat culpã a pe/ nitentia liberam nõ relinquat. Et quia hec qꝺ flendo insequimur nequaꝯ no bis aꝺuerturo iudice abici speramus vn ꝺe si ꝺe nocte. i. culpa nostra moueri tẽ ꝓ inquisitionẽ nolumus magnope cu randum est vt in eius discussione vigi lemus ne quelibet culpa nobis impu/ nita remaneat ne mens ꝓuersa que fecẽ ꝺefendere audeat ꝙ ꝺefendendo nequi cie nequiciã adiungat ¶ Sunt namꝯ nõnulli qui nõ solum nõ ꝺeflẽt qꝺ faciũt. sed etiam ꝺefendere nõ ꝺesi stunt ꝙ mimirũ cũ ꝺefendit culpa vnꝺe ꝓ quendaꝫ dicit ꝓccasti non adicias iterũ. ꝓccato quippe ꝓccatuꝫ adicit q̃ male gesta etiã ꝺefendit. Inter hec eti am sciendũ est ꝙ illi culpã suam vera/ citer insequũtur ꝙ mala transacta per aĩaduersionẽ pemitentie coꝛrigũt qui iam ad bona fallenda alias fallentia nulla ꝺelectatiõe rapiunt. nam quos adhuc alia noxia ꝺelectãt falsuꝫ est qꝺ cernit quia ꝓpetrata alia ꝺeploꝛãt. hec gꝛego. Ex his igit verbis ꝺoctoꝛũ col ligere possumus ꝙ non solum maioꝛa ꝓccata verũ etiam minoꝛa sunt ꝓ pẽi tentiã abstergẽda vnde vnusquisꝯ cõ scientiã suam ꝺiscutiat ꝙ pꝛout gessit inique cõtra ꝺominũ ira ꝙ studeat sua scelera pemitendo ꝙ seipsum iudicãdo pemitere vel puniꝛe. valde emꝫ valet ad salutẽ aĩe suꝑfluus ꝺiudicatio ¶ Nam tales seipsos iudicantes ac sua facinoꝛa punientes a ꝺeo ꝺiliguntur ꝙ non solum nõ iudicabunt. sed etiam quãdam securitatẽ ꝺe sua saluatõne a chꝛisto ꝓcipiunt. De hoc ꝺicit beatus bernñ. Diligit ꝺeus aĩam que in cõspe/ ctu suo fine intermissione siue ꝺissimu latione ꝺiudicat seipm idꝯ iudiciuꝫ non nisi ꝓpter nos a nobis exigit quia si nosmetipsos ꝺiudicauerimus non vtiꝯ iudicaremur. hec bernñ. Dicit eti/ am ꝺe hoc iudicio beatus gꝛego. xxv. moꝛ. exponens illud iob vel heliu. Ne qꝯ em vltra in hominis potestate est vt ve niat ad ꝺeũ in iudiciũ sic. Notandum est ꝙ aliud est coꝛaꝫ illo atꝯ aliud ab illo iudicari. Coꝛam ꝺomino iudicat qui coꝛde ꝺominũ cõspicit ꝙ actus suos sub eius pꝛesentia sollicita iquisiti one ꝺiscernit quem tanto quis secur ius expectat quanto quotidie vitã suaꝫ suspectius examinat. Qui em ad extre/ mũ eius iudiciũ veneꝛit nõ iam coꝛaꝫ illo sed ab illo iudicat. De hoc men/ tis iuditio obliuiscẽti aĩme ꝺominus ꝓ pꝛophetam ꝺicit. Reduc me in me/ moꝛiam vt iudicaremur simul narra tu ꝺ habes vt iustificeris. ꝺebꝫ em vnusqu iusꝯ mens ꝙ causas suas apud ꝺñm et causas ꝺomini cõtra se sollicita inq sitõe ꝺiscutere ꝺebꝫ ꝙ caute pẽsare vel que ab eo bona ꝓceperit vel que mala bonis illius puerse viuẽdo respondit. Quod electi quidem quotidie facere

ommino nō cessant. Accedunt enīz ad secretariū iudicis intra sinū cordis cōsiderant quō districte qñq; feriat quidiu patiēter expectat. Metuūt in his que se egisse meminerint ⁊ punīt flendo qđ perpetrasse se intelligunt timēt subtilia diuina iudicia etiam de his q̄ in semetipsis intelligere forta ſſe non possunt. Videnteniz videri diuinitus qđ ipsi p̄ in se humanitatē non vident cōspiciūt districtū iudicem q̄ quo tardius venit eo seuerius pcutit. Sancto rū etiam patrū residere cōuentū cū eo pariter ptemplant eorūq; vel exempla vel dicta se ptempsisse reprehendūt atq; in hoc secreto iudicij interioris ipamentis sue executōe ꝓstituti penitendo ferīūt qđ superbiēdo ꝓmiserūt. ibi namq; aduersi in se quidq̄d impugnāt enumerant ibi ante oculos suos aīme qđ defleant pcernant ibi quidq̄d p̄ ira districti iudicis decerni possit intuentur ibi tot paciūtur supplicia quot pati timent nec deest in hoc iudicio mēte cōcepto omne misteriū quod punire reos seruos plenius debeat. nam ꝓsciētia accusat ratō iudicat timor ligat dolor excruciat qđ iudiciū eo certius punit. quo interius seuit. vnusquisq; enī cuz causaz huius examīs ꝓtra se ꝓgredī aggredi cepit. Ipse ē auctor qui exhibet ipse reus qui exhibetur. Odit se q̄lem se fuisse memīerit est ipse qui est in se ipso insequitur illū qui fuit atq; ab ipso hoīe aduersum semetipsum fit quedā rixa in aīmo pturiēs pacem cū deo. Hanc cordis rixā dīs requirebat cū dixit p̄ prophetā. Attendi ⁊ auscultaui nemo qđ bonū est loquitur nullus est qui agat pnāz sup peccato dicens quid feci. Quia ergo nūc in potestate est internū mentis nostre ꝓtra nos habere iudiciū recognoscendo accusem? nosipsos quales fuimus penitēdo torqueamus nō cessemus; dū licet iudicari qđ fecimus audiamus caute qđ dīz. neq; ēm vltra. Reprobor̄ namq; esse proprium solet semp praua agere ⁊ nequaq; que egerunt retractare. Omne ēm qđ faciūt ceca mente trāseūt factū q; suū misi cū punīti fuerint non agnoscūt. At cōtra electo⁊ est actus suos quotidie ab ipso cogitatiōis fonte discutere ⁊ omne qđ turbidū profluit ab intimis exiccare. Sicut ēm non sentimus quō membra crescūt corpus proficit mutat species migrēdo capillorū albescit in canis. hec quippe oīa nobis nescientibus agunt in nobis ita ⁊ mens nostra p̄ momēta vitēdi ipō curarū vsu a seipsa pmutatur ⁊ nō agnoscimus nisi vigilanti custodia ad interiora nostra residētes profectus nros quotidie defectusq; pensemus. hoc ipsum ēm in hac mortali vita ꝓsistere q̄i ad veritatē ire est. Et dum indiscussa mens relinquit. in quodā semio torporis sopitur q; fui negligens ⁊ ꝓpositū robur insensibiliter pdens. a forma ꝓpositi fortitudinis dū nescit senescit. cū vero seipsam querit ⁊ subtiliter penitē do discutit. ab hac ipsa vetustate sua loca lacrimis ⁊ merore incensa ītnouat et que iam pena alīs pene īueterata vix erat p̄ submīstrata. interni amoris siu diū nouū calet. Sed ad hec agēda valde exēpla patrū ⁊ sacri eloquij p̄cepta nos adiuuāt. Si ēm scrō⁊ opa inspicimus ⁊ dīs iussiōibus aurē prebemus alia nos cōtēplata alia audita succedūt ⁊ cor nostrū torpore nō restringitur dū imitatōe nō ꝓuocat. Unde dī ad moysen dor leui. vj. Ignis in altari meo sp ardebit quem mittet sacerdos subiciēs mane ligna p̄ singulos dies. Altare ąppe dei est cor nēm in quo inbetur ignis sp ardere q; necesse est ex illo ad dīm caritatis flammā indefinēter

ascēdere cui p singulos dies sacerdos ligna subicit ne extinguat. quia necesse ēt fidelis quisq; ne in eo caritatis flāma deficiat in corde suo tam exemplа precedentiū patrū q; sacre scripture testimonia congerere nō desistat. nā quasi quedā fomēta igni dare est in excitatōe caritatis vel exempla patrū vel precepta dīna ministrare. Quia enim interna nostra nouitas ipsa quotidie huius vite peruersatiōe veteratscit ignis iste charitatis his adhibitis nutrientibus est vt dum pristinum se nostre vetustatis extenuat. p patrū testimonia q exēpla renouiscat. Ignis em̄ iste in altari dīi. i. in corde nostro nō citius extinguit nisi solerter adhibitis exēplis patrū q dīcis testimonijs reparet Ber. aūt illic subdit Et impōsito olocausto desup adolebit adipes pacificorū. naq; quisquis in se habet ignē caritatis accendit semetipsum vtiq; olocausta desup imponit. q; omne viciū quod in se maleviuebat exurit. Cum em̄ cogitationū suarū interna p̄sideraat q vitaq; reprobā p̄ mutatiōis gladiū mactat in ara se sui cordis imposuit q ignē charitatis accendit de qua hostia pacificorū adeps redolebit. quia interna noue vite impīguatio pacē inter nos q deū faciens odorē nobis suauissimum reddit. Quia vero eadem caritas in cordibus electorū inextinguibilis manet apte illic subdit ignis est ppetuus qui nūq; deficiet ab altari. Nunq; ab altari ignis iste deficiet. quia etiaq; post hanc vitā eorū mentibus feruor charitatis interna quippe p̄templatōne agitur vt omp̄s deus quo magis cernitur. eo amplius diligat vnde necesse est vt ad corda nostra redeam?. discutiamusq; omne facinus. Et quicquid in nobis diuine rectitudinis regulam offendit accusemus vt apud districtū iudicē ipa nos accusatio excuset. In hoc em̄ mentis nostre iudicio tanto citius absoluimur quanto nos districtius reos esse tenemus nec ad hec agenda p̄termittenda sunt ipa quib; vacat q; ad hec agenda post huius vite tpa non vacat. vacue quippe nō dor. neq; em̄ erit vltra idcirco nāq; memor em̄ qđ tūc nō possumus negligamus. hec grego. Habemus igitur p̄ predicta q omp̄s deus se dīudicantes non iudicat. se p̄mitentes nō punit sed saluat q p̄cā cōtra se dimissa relaxat. hec vero omīa p̄ remedīū fieri solent vnde quilibet peccator quotiens lapsus fuerit in aliquod peccatū nō tardet currere ad p̄me bonum ipsa em̄ omni tpe valens est ad purgādum corda peccantiū. Testat hoc beatus grego. qui dicit. O felix lauacrū p̄me quod totiens valet ad purgandū quotiens eo indiget cor humanū. Lauemus ergo p̄torū maculas in hoc salubri p̄me lauacro vt mundati q purgati possimus puenire ad auctorē vite et mūdicie. His p̄missis igit de p̄mitentia: nunc de eius p̄tibus est videndum.

Incipit scda distinctio p̄mi libri malogranati. Capitulum. I.

Liendū q; ptes p̄me sunt tres videlicet p̄tritio cordis p̄fessio oris. q satisfactio op̄is. Et sunt iste tres ptes q̄si ptes integrales fm esse p̄me p̄fectū. Sūt aūt hec ptes integrales p̄me videlicet p̄tritio in aīo p̄fessio in vbo. satisfactio in facto in q̄bus tūc p̄ma integrat cū peccator omnē mortalē culpā ppetratā q facto deserit q verbo accusat q aīo detestatur ponens nūq; iterare peccatū. his autem debito modo p̄currentibus cū ab

solutiõe facta ab eo in quo est ordo clauis ac iurisdictio. absoluit homo a peccato & reunit ecclie & reconciliat xpo mediante claue sacdotali Qd ãt sint tres ptes pñie sic oñditur. ¶ Pñia enim est qdam spontaneũ iudiciuz in quo ptritio est quasi quedã citatio vbi seqtur rei apud iudicẽ spontanea pfessio deinde sequit emendatõis p iudicẽ imposite solutio. Sed in hoc differt iudiciũ fori a iudicio poli. qz ibi pfessus de iure damnat & hic absoluitur. Alia est etiã sufficientia istarũ ptiũ. qz cũ oñe peccatũ pmittatur corde vl ore vel opere iustũ est vt ista curent p̃trariuz vt peccatoz culpã detestet animo verbo accuset & facto puniat. Et sicut tribus mõis offendimus deum. s. delectatõe cogitationis impudentia locutõis & superbia operis sm regulã vt contraria cõtrarijs curent tribus modis appositis satisfaciamus. Quia igit peccando innocentiam pdidimus restat vt p pñiaz reforemẽ. dicente bto hieronimo. Si qs innocentiã peccando corrupit pñie remedio poterit repare. Quia vt ait ber. qd dñs nõ imputare dedeuit fit est qñ non fuerit. Si ergo dedeuimus innocentiã repare & p̃sequens ianuã celi p pñiaz reserare curemus vt nostra penitentia sit pfecta. De qua dicit crisp. pfecta pñia cogit peccatorẽ omia libẽter sufferre. in corde cõtritio. in ore cõfessio. in ope tanta hũilitas. hec crisp. Que tunc veraciter cozã deo pfecta dr si ipsam pñiaz ad omnia loca in quibus peccauimus dilatemus Et quia peccauimus in corde malis psentiendo in ore vana & turpia loquẽdo in corpore crimina ppetrando. ido ad hec tria loca pñiam extendimus ita videlicet vt cordi demus amaram ptritionẽ. ore fidelem pfessionẽ. corpi penalẽ & aspeã satisfactionẽ hec tam diu cõtinuantes quousq spiritussanctus testimonium phibeat spiritui nostro q dimissa sint nobis pcta nostra. Et qz omia peccata mortalia abyno do auertũt & vni gratie opponunt & vnã principalẽ recitudinem hominis peruertunt ¶ Hinc est q ad hoc q pñie medicamẽtum sit sufficienter ex suis ptibus integratũ necesse est q pñia habeat de ombus pctis quantũ ad preteritũ de ppetratis quantũ ad pñs p̃cessationem de ppetrandis & quãtum ad futurũ p̃ ppositum nunq recidiuãdi vel in idẽ vl in aliud genus peccati. vt totaliter sic recedendo a culpa p pñiaz diuina gratia suscipiat p quaz obtinet venia omnia peccatorũ. sed qz in ptibus pñie cõtritio primũ locum tenet. ideo de ipsa tractanda est. Ergo sm ysidorũ ✠ Cõtritio est cõpũctio & humilitas mentis cũ lacrimis venies de recordatõe peccati & timore iudicij. Itẽ in tractatu de spiritu & anima de cõpũctione sic dr. Compũctio est qñ ex cõsideratione malorũ suoz cor interno dolore tangitur. Item sm dictũ iohãnis abbatis. Cõpũctio ppie est dolor aime non elatus nullã habẽs cõsolatõz presẽs solã q suam resolutõnẽ ymaginãs omibus horis. & cõsolatõem dei cõsolantis sicaquã frigidã expectans. Contritio etiam a magistris sic diffinit. Contritio est dolor voluntarie assumptus pro peccatis cũ pposito cõfitẽdi. Ppro cuius intellectu sciendũ q sicut in naturalibus durum dr quod nõ cedit tractatui. hoc autem frangi dr qñ p aliquod fortius in ptes magnas diuidit Conteri vero qñ totaliter in minimas ptes diuidit vel regreditur & quasi anihilat. ✠ Ita methaphorice cor hominis durus dicit qñ diuine inspiratiõi quasi manu se tangenti nõ cedit sed obuiat. dum i affectu peccati morat̃. Frãgi vero cũ

a ꝓposito resipiscere incipit ꝙuis non totaliter ꝓuertaꝫ. C Ōteri vero qñ affectus peccati ꝑm omnē sui ꝓtem in eo totaliter destruitur ⁊ hoc fit qñ vlūtas ꝑfecte ab effectu ꝑccati resilit vnde talis resilitio dolor quidā est. ido ꝑ dolorem tanꝙ ꝑ genus essencialiter differt. addit autē voluntarie sumptus ꝑ peccatis ⁊ hoc ꝙuenit ꝓtritioni ꝓ vt est actus virtutis. B Sed vt est pars sacramenti sic oꝫ vt addatur aliquid in cōparatione ad alias ꝑtes ⁊ ideo supaddit cū ꝓposito ꝓfitendi ⁊ satisfaciendi. C Et sciendū ꝙ est differētia inter cōtritionē ⁊ attritionē. B Attritio dicitur accessus ad ꝑfectam ꝓtritōem vnde in corꝑalibus dicunt attrita que aliquo mō sunt ꝓmuīta sed nō ꝑfecte. sed cōtritio dicit qñ omnes ꝑtes sunt simul trite ꝑ diuisionem ad minima'. C Et iō attritō in spiritualib figificat quandā displicentiā de peccatis ꝓmissis. C ontritio autē ꝑfectaꝫ displicentiam C Vtrum aūt requiraꝫ contritio de omni peccato actuali ⁊ mortali. B Ꝓ illo sciendū ꝙ in omni peccato est actualis auersio voluntatis a deo ad peccatū. ⁊ ideo cū ꝓtraria ꝓtrarijs curent oꝑtet ꝙ in omni remissiōe peccati mortalis fit actualis auersio a peccato ad deū. hec aūt auersio appellatur contritio. C uricia em voluntatis manēntis in peccato nō tollit nisi ꝑ fractōnem vlūtatis omīmodā que appellat cōtritio. ⁊ ideo cōtritio est necessaria in omī peccato mortali D De peccatis autē oblitis. si oblitus est homo totaliter sufficit cōtritio generalis qñ autem in ꝑte recolit debet conari ad recordandū ⁊ dolēdū in speciali ꝙ si nō potest sufficit cōtritio gñalis. B Sed ad hoc ꝙ homo nō potest recolere pctm si solum ō peccato oblito debet dolere in genere. sed etiaꝫ de obliuione eius debet dolere que ex negligentia cōtingit. Debet etiā homo dolere simul de omī pctō cōmisso quia vnū sine alio nō relaxatur. ideo ꝓtritio ꝑfecta debet esse habenda de singulis. C estat hoc beatus aug. ficdicens. B Penitentē oꝫ simul dolere de omī crimine. hec ē dispositio īmediate ad gratiā. nam dolere de vno pctō sine alio nō sufficit ad salutē C Vnde quilibet pctōr qui sentit se vicioꝫ fecefoꝛdidatū ꝑ remediū pñie. ⁊ primo ꝑ ꝓtritionē ac ꝓpunctionē coꝛdis studeat sua facinoꝛa emendare. nam aīa illecta malis moꝛibus amittit decoꝛem virtutū quem non pōt recupare nisi ꝑ pñie lamentū. hoc est cōtritione ꝛa. qꝛ nunꝙ pctm dimittit nisi hō ꝑ interioꝛē dolorē ꝓteratur. ō hoc dicit bēs hieronimus. nulla vnꝙ culpa remittitur ob quā homo nō alia amaritudie aut tristitia anxiaꝫ. nam tunc pctōrus salus ꝛaciter incipit. vt dicit hug. de sancto victoꝛe. qñ ꝛaciter ꝑ delictis ingemiscit. qꝛ amaritudo coꝛdis mentē purgat. angelos letificat. deū placat. C ertemigius. C unc nimis misericoꝛs est ipse deus dū noster ob culpam aīmus tristis sibimet fuerit ⁊ molestus. Item ō eodē bēs amb. Quis ambigit qñ mesticia penitētis homīs oculos sibi violenter attrahat ꝓditoꝛis. Et qꝛ ds coꝛ cōtritū ⁊ humiliatū nō despicit. ideo assumamus ꝛā coꝛdis ꝓtritōez ⁊ cōpūctionis amaritudinē qui ꝑ voluptates ⁊ carnalia desideria a deo discessimus. C ld hoc hoꝛtatur nos bēs augu. ficdicens. Non fint in nobis ficta suspiria ⁊ simulata. sed cū ingēri siti studeamus adhibere remedia ꝓteritis pctis vt semꝑ sollicti simus cauēdo

ꝺe futuris. Dñs em̃ noluit in mundo ꝓsperari sꝫ grauia pati vt nobis oñde ret qui ꝑ ꝺelectatõez cecidimus cũ ãn ta amaritudine redire ꝺeꝺeamus. hec aug. ¶ Sꝫ sunt nõnulli q̃ in mlta sunt facinora ꝓlapsi nec tñ vt ꝺecet ꝑ suis excessibꝫ ꝓpũgunt quibꝫ ncce est vt supplicia reprobor̃ ac glorĩã btõrũ habeant pre ocl'is cordis vt possint ad pñam ꝓpungi. Ad hoc faciendũ horta tur btus greg. sup̃ ezechielẽ exponẽs illud. Et scripte erant in libro lamẽta tões in carmẽ vre sic dicẽs. Lamenta tões videt. Quia ibi scripta est pña pctõr̃ Carmẽ vero qꝫ prenũciant gau dia iustor̃. ve ãt qꝫ illic expressa est dã natio reprobor̃. vt g̃ peccata pniteas alꝫ pumas lege q̃ in hoc volumĩe scrip ta sunt lamenta. Risus vester in luctũ ꝙuertat̃ ⁊ gaudiũ in merorem. Et rur sum miseri estote ⁊ lugete. vt aũt ꝺe ꝑ missiõe gaudꝫ seq̃ntis hylarescas ꝓg nosce scripta esse carmĩa laudis eter ne. Beati qui hĩtant in domo tua dñe in seculũ scli laudabũt te Sꝫ si adhuc pñti sclo mẽte teneris adhuc terrenis voluptatibꝫ ꝺelcãris si amare nõ potes gaudia eterna q̃ audis. cognosce g̃ in hoc volumĩe qꝺ scriptũ est atq̃ ꝑ ip sum ab aĩmo ꝑ timorẽ expelle qꝺ ꝺili gis vt possis ex iudicio carmen amare qꝺ legis. ibi quippe dãnatis dicetur. Discedite a me maledicti ĩ ignẽ eter nũ qui ꝑatus est dyabolo ⁊ angelis ei? In hoc quippe volumĩe cuncta q̃ edifi cãt oĩa que eruditũr scripta ꝓtinẽt. pec casti ⁊ iã te penitet illicita ꝑpetrasse vt ad agendã pñam vocearis ibi inueis lamẽta. si ꝑ celestiũ gaudior̃ mentẽ re leuare ꝺesideras ibi ad ꝓsolatõem tuã inuenis carmen. Bibo ⁊ mala ꝑpetra sti ⁊ hoc te ꝑpetrasse nõ penitet sꝫ cerui cẽ mẽris erigis ad nullaꝫ pñe lamẽta tõem inclinaris nulla celestiũ gaudio tũ expectatõne corrigeris vꝺis nolis audies scriptũ esse Vere hisquos nec timor ad pñam humiliat nec spes ad supna premia exaltat dãnatõis sue iã tunc penã ꝑspiciat. ⁊ sine excusatõne in eternũ supplicĩũ cadat. Quid agen dũ est igit̃ miseris nobis misi vt emgi lemus ad hui? volumĩs ꝛba que nos egisse memĩmus ꝺfleamus vt ꝑ lamẽ ta pñe ꝙueniamus ad carmẽ vite ne si affligi modo ꝑ pñaꝫ nolumus ve post modũ sine fine sentiamus. nec nos no strorũ vulnerũ multitudo in ꝺespatio nẽ ꝺeprimat qꝫ maior est pña medici q̃ꝫ magnitudo languoris nr̃i. Quid ei est ꝙ ad salutẽ repare nõ possit qui po tuit ex nihilo creare. hec greg. ¶ Ne ergo ꝓtingat nos ꝑ nostris reati bus sustinere eterna tormenta. timea mus futurũ ꝺei iudiciũ sup̃ nos ⁊ ꝑ fle tus ac lamenta iniquitates ꝑpetratas ꝺiluere studeamus qꝺ electi agere nõ cessant. qꝫ ꝑ pñtem ꝓtritõem ac lacri marũ effusionẽ se euadere eterna sup plicia nõ ꝺubitant. De hoc tractat bea tus greg. sup̃ ezechielem sic. ꝺ. Redẽ ptor igit̃ humani generis cũ appuerit iuꝺex speciosus iustis terribilis erit in iustis. Quẽ em̃ mansuetũ aspiciẽt ele cti hunc eundẽ pauidũ atq̃ terribilez cõspiciẽt reprobi sed hũc ideo tũc ele cti terribilẽ nonvidebũt. qꝫ modo ter rorẽ illius cõsiderare non cessant. stu dioſi em̃ cõsiderant q̃ terribilis ad iu dicium veniet culpas anteactas ꝺeflẽt ĩminẽtes ꝺeclinant paꝛorẽ illius quo tidie ante mentis oculos ponũt ⁊ quã do tremendus appareat fine cessatõne suspecti sunt atq̃ quotidie agunt pe nitentiã. ne quando venerit primescant. ¶ Necesse ergo est vt peccata admissa cũ viuimus ꝺefleamus. in assiduis enim fletibus in quotidiana nostra pña ha bemus sacerdotez in celis qui interpel

lat pro nobis. De quo Iohānem dr Si quis peccauerit aduocatum habe/ mus apud deū patrū ihesum christum iustū et ipse est ppiciatio pro pctis no/ stris. Ecce exultat aīmus cū aduocati nostri potentiā audimus sz exultatiōe nostra iterū remordemur. qr ipse qui nobis aduocatus est iustus dr. nos em causas iusticie nō habemus. iustus ad uocatus iustas causas nullo mō susci pit nec vba dare pro iniusticia psentit Quid g agimus fratres mei Sz ecce occurrit aīo quid agamus mala que fecimus et defleamus et accusem? Scriptū quippe est iustus in principio accusator est sui. quilibet emz peccator cōuersus in fletibus iam esse iustus in cipit cū cepit accusare quod fecit Cur em iustus nō fit qr contra suam iusticiam placrimas fecit. iustus ergo aduocatus noster iustos nos esse agnoscet in iudicio. quia nosmetipsos et cognoscimus et accusamus iniustos. non ergo in actibus nō in fletibus nostris sed in aduocati nostri allegatōibus confidamus hec greg. Ecce patet qđ fructuosa sit et salubris sit suppliius accusatio et lacrimarū effusio. Sunt aūt nōnulli qui q dem peccata confitentur sed ea dflere cōtemnūt. Electi vo nō solū sua facinora confitentur sz ea que nequiter pperauerūt fletibus diluūt atqz de ingratitudine pro beneficijs sibi a deo collatis seipsos reprehendūt ac plamēta puniunt. de talibus dns greg. viij. moł. sic dicit Sciendū quoqz est qđ sepe reprobi peccata cōfitenť. sed flere cōtemnunt. Electi autē culpas suas qđ vocibus confessionis aperiunt districte aīmaduersiōis fletibus insequuntur. Sed qui mala quidem que pperauit insinuat sed flere que insinuauit recusat quasi subducta vestel vulnus deregit sed corpenti medicamentū vulneri nō apponit. Confessio igit a vocali est necessevt mercor excutiat. ne vulnus prodītū sed neglectū quo licentius iam p humanā noticiā tangitur deterius putrescat. Quo cōtra ppsalmistā dicit. Iniquitatem meam ego annūciabo et cogitabo pro peccatis meis. Pronūciādo etem occultū iudiciū detegit cogitando aūt quid aliud qđ medicamē tū vulneri apponit. Sed afflicte mentiet sua solicite damna cogitanti rixa p semetipsa oritur ctra semetipsam. naz se ad lamenta pīe instigat occulta se increpatiōe laniat vel dilaniat. Unde apte p Iob dr. Confabulabor cū amaritudine aīme mee. pauore nāqz diuini iudicij afflicti dum quēdaz malegesta plangimus. ipsa nostre via amaritudinis ad discuciendas vigilantius excitati alia etiā in nobis que amplius defleamus inuenimus. nam sepe qđ torpentes lauit flentibus subtilius innotescit et afflicta mens certius inuenit malū qđ fecerat et nesciebat eiqz rixa sua verius apit ēntū a vitatis pace deuiauit. Succrescēs quippe amaritudo penitentie verecūdanti cordi importuna ingerit illata que cmisit. Districtū contra hoc iudicē oñdit supplicior minas incurit pauore animū ferit pudore cōfundit motus illicitos increpat quietem noxie securitatis turbat q ei bona cditor ctulit. que ipe bonis ipsius mala respondit enumerat qđ iure ab eo cōditus qđ gratuite nutritus qđ cditoris gra vocatus qđ sepe ipse vocatus noluit qđ vocātis misceōiavt surdū būc remitē tēqz despexit qđ petōrez suū supna gratia vt tempta dereliquit. Cū igit afflictā mentē mō p replicatōem dnoz dei mō p impropria actōnis sue tanta severitate increpat habet in corde iusto rū amaritudo aīe liguam suā que tanto eis subtilius loquit qnto et interius

audiatur.quia vis doloris que pctā singula reputās torpentē animū ad lamēta excitat quasi ad deū verba pfabulationis formar.in quibꝫ semetipsum correctus inueniat.ꝛ ad sui custodiā solliciti or exurgat.hec greg. ¶ Deflenda est ergo nobis valde cōtritio siue pūctio lacrimarū.qꝛ sm beatum cypꝛianū.nulla est medicina prestātioꝛ aīmarꝫ deuota effusio lacrimarū. nam absq; pūctōe ꝛ fletu nō remittitur pctm. ¶ Este hugō qui dr. Absq; fletu ꝛ lacrima nequaq; remittit ipsa culpa. Qui vero ob culpā lacrimatus nō fuerit.lacrime exps eternaliter nequaq; erit. Magnā emꝫ virtutē hūt lacrime. delent quippe culpā ꝛ extinguūt gehennā.vñ berñ. O q̄ntavis est in lacrimis que oēz abluūt culpā extinguūt gehennā.flectūt sniam. Et beatus aug. Una lacrima de puro corde procedēs totū ignem inferni extinguit.hec aug. ¶ Sciendū etiā est q̄ vestis innocētie pcepta in baptismate p pctā moꝛtalia sordidat ꝛ pp̄ñs eterna damnatio incurrit.sed p lacrimarū effusiōez ipsa vestis que p peccatū maculata fuerat abluit ac mūdatur. de hoc crit. sup illud psalmi. Fuerunt michi lacrime mee ꝛc. Dicit. lacrime sunt que celum pulsantes.expellūt crimina ꝛ pscīam deꝛnant sonent in oꝛe pñe. ꝛ mouent verba in pctoꝛe pietatis veniam. implet caput aqua. tumescunt oculi. irrigant gene. decurrūt riuuli ꝛ deus indulgentiarū mentē exhylarat lacrime sunt que reconciliant deū a pctis reddūt aīam ꝛ sanāt languoꝛes.eius soꝛdentē aīme vestē lacrime lauāt ꝛ dant illi remissionē. Item dicit. Sicut de hemens ymber cū proꝛūpit fit seremitas sic lacrimis effusis apparet tranquillitas ꝛ perit caligo reatuum ꝛ sicut per aquā ꝛ spiritum sic p lacrimas ꝛ cōfessionē denuo mundam. hec crisost. ¶ Ecce quō per cōpunctionem ꝛ gratiam lacrimarū vestis innocentie p peccatū sordidata mundat ac reformat. dns namq; ipsas lacrimas de corde ptrito effusas pro baptismo reputat. Teste ysidoꝛo qui dicit. Lacrime penitentiū apud deū pro baptismate reputantur. Quia misericoꝛs ds patus est nobis peccata pcere ꝛ pñam nostrā ad innocentiā deputare si p lacrimas renasci studeamus. De quo dicit beatus greg. Libenter obliuiscit deus q̄ nocētes fuimus patus est nobis pñam nostram deputare ad innocentiam si inquinati post aq̄s salutis renasciī ex lacrimis hec greg. Et nisi oīps ds ex sua benigmitate remediū penitentie cōpūctionis ac lacrimarū effusionē hoīibus p̄uidisset raro aliquis saluarus fuisset. qꝛ sicut baptismus abluit a pctō originali ꝛ a vicijs ꝑperatis sic ptritio siue cōpūctio ꝛ aqua lacrimarū purgat a malis crimibus post baptismū ꝑmissis testat hec iohēs abbas montis synai i tractatu de .xxx. gradibꝫ sic.d. Luctus seu lacrimarū fons maioꝛ est supꝛa baptismū baptismus ꝓstitutus lꝫ quēad modū p̄sumptuosuꝫ si ex pte quod dꝛ eo q̄ ille quidē ab īgenitis nobis ꝛ ante patratis malis est purgatoꝛius. iste vero postea patratoꝛū. Et illū quidem puuli oīs suscipiētes sordidauimus p hūc vero ꝛ illū repurgamur. Qui nisi ex dei benigmitate hoīibus datus fuisset raro vel difficulter inuenirent qui saluari fuissent. Et quidē suspiria ꝛ mesticia ad dominū clamāt.que vero ex timoꝛe sunt lacrime intercedūt. Que vero sanctissime charitatis supplicatōez acceptā deo nobis declarant. Sicut nihil ita humiliati sicut luctus convenit ita nihil ei sicut risus contrariatur detinens beatam sancte compunctionis

gaudentē tristiciam ⁊ ne desistas ab ea
oratiōe que in ipsa est quousq; cū cōsi
dentia sublevata ab his pretereuntib⁹
et mundū te cristo cohibeat. Esto ergo
merens absq; amore oīs fiducie ad tuuz
cor inquisitionē faciens seu agens. ti
ment enī merorē demones sicut latro⁹
nes canes. Non est nobis ad pñs. o
amici in his que sunt ad nuptias vo
catio. Omīo igit̄ quivocauit nos nūc
in his ad pñs ad luctum vtiq; vocauit
Quicūq; in luctu incessabili ꝑz deum
graditur iste diē festuz agere quotidie
non quiescit. Qui vero corporaliter diē
festum agere non desistit. hunc luctus
eternus suscipiet in futuro ¶ Nō
est in carcere gaudiū his qui iam sen⁹
tentiā receperūt ⁊ non est eis mona⁹
chis gaudiū sup̄ terrā. Esto ergo tam
q̄q; rex altus in corde tuo in humilitate
sedens iuberi sin vade ⁊ vadit ⁊ dulci
luctui vemi ⁊ venit ⁊ suo nostro tyrāno
corpi fac hoc ⁊ facit vnde etiam si ma
gnas ⁊ altas aliq̄s ꝓuersiones exequi
mur cor aūt merens nō possidemus ip
sas q̄si vanas existimemus. Oportet
enī ⁊ vere oportet post lauachrū iterū in⁹
quinatos igne ꝓūctōis ⁊ miscōia dei
suas ipsorū manus ab inquinamento
picis abstergere. non aūt inculpabim̄
o amici in exitu aīme aut inquiretur a
nobis quare non fecerimus mirabilia
sed nec q̄re nō rhxologisauerimus nec
q̄re ꝓemplarium nō fuerimus ꝑz ratio
nē omīno dabimus deo. q; pñiam nō
egerimus ⁊ q; humiles nō extiterim?
et ꝙ indefinēter nō luxerimus. hec io
hānes abbas. De virtute etiā istaruz
lacrimarū dicit rabanus sic. Lacrime
humide nature sunt vt sordes anīe ab
luāt ⁊ pditū baptismū restituāt. salse
vt fluxum carnis restringant. calide vt
frigus torporis excutiāt. clare vt lacri⁹
mantē ad eternā claritatē pducāt. hec
rabanus. Et sicut p̄ vitā viciosam dō
effugatur a corde sic lotū p̄ a quā lacri
marū iterū ad cor revocatur ⁊ efficit̄
homo habitaculū dei. de hoc dicit bea⁹
tus bernā. Cor fonte lacrimarū misticē
baptisatum. hoc dulce dei maiestatis
hospitiū dō adoptatum. hec bernā. Hec
etiā aqua aīas que erāt sponse xp̄i. ꝑz
pter sordes pctōrum repudiate a ma
culis p̄vicia ꝓtractis abluit ⁊ deo spon
sam acceptā reddit. de qua dicit bēs
augu. Aqua lacrimarū balneū est quo
abluantur sordes vt fiāt celestis regni
sponse. hec ille. Nam vita pctōris deo
indigna esse nō p̄t que sordes p̄ pecca
tū ꝓtractas p̄ cordis ꝓūctionē ⁊ fletū
lauare studet. De hoc dicit beatus gre⁹
gorius nāq; amplius pctī rubigo ꝓsumit̄
q̄to pctōris cor cū magno caritatis ig⁹
ne decremat. Adhuc igit̄ fles oculos
mētis reducite q̄cūq; vos i adolescētia
q̄cūq; i iuuētute deliq̄sse memīstis de
flete. morū operūq; maculas lacrimis
tergite. Ecce ad recipiendos nos sup⁹
ne pietatis sinus aperitur nec maculosa
in nobis vita ꝓtemnitur p̄ hoc enī ꝙ in
quinationē p̄horrescimus interne iaz
mundicie recordamus. Reuertentes
nos dñs clemēter amplectit. Qz pecca
tor vita indigna ei iam esse nō p̄t que
fletibus lauat̄ vnde vnusquisq; nēm ad
pñe lamēta recurrat dū flere ante per
cussionē vacat. hec gregorius. Ad
exhortatōem igit̄ huius sanctissimi vi
ri ad lamenta pñe ḳcurramus dū tem
pus vacat i hac luce sumus ⁊ nostras
iniquitates ⁊ pctā per lacrimas diluā
mus. Ad hoc faciendū monet etiā ab
bas effrem omelia. xiij. cū dicit. Qui⁹
cūq; dño peccauerit modo dum tem⁹
pus est hominū viram amittere aut te⁹
nere defleat incessanter vt p̄ lacrimas
possit gratiam indulgentie promereri
assidue lauet corpusculum lacrimis ⁊

pectus tundat gemitibus vñ alꝰ vñ̄ vlo vos scire fratres eo q̄ nō est sup terram dulcius gaudio ꝯpunctiōis in hora illa qñ quis ad dēū ex toto corde suspirat cū lacrimis tūc letatur dñs ⁊ ꝑter lacrimas repromittit illi gaudi um in futuro. Beatus igit̄ ⁊ vere btūs qui habet ꝯpunctionē ſm dēū. Audite carissimi virtutē ꝯpunctiōis. Cōpun ctio sanitas aīe est. Cōpunctio pctō rū remissio est. Cōpunctio spiritus ac tū ducit ad se. Cōpūctio vmgemitū cri strū facit habitare in se. Lacrime apud dēū fiduciā dāt semp vbi lacrime abū dant ibi cogitatōes male non approxi māt. Quid dulcius dulcedine lacrima rū. quid desiderabilius beatitudine il lius qñ ipsum dñm vidit aīa orans ⁊ ipsum meditaf die ac nocte. Thesaur⁹ ergo bonus est ꝯpūctio cordis ⁊ ienu merabile gaudium. hec abbas effrem. magne em̄ sunt efficacie lacrime q̄ ex puro ⁊ humili corde procedunt. nam iram dei placant gratiam amissam re parāt infirmū dissipant pcātores iusti ficant angelos lerificant celos referāt Istas prerogatiuas lacrimaꝝ. beatus bern̄. tāgit cū dicit. O beatissima lacri ma ꝑe penitētis q̄ diuinā placas iram tu es archa recōciliatiōis gratie repa trix. O felix lacrime effusio reserans celum inebrians angelos satians san ctos iustificās peccatores dissipās in fernū. Gaudēt namq̄ angeli in ꝙuer sione ⁊ pīa peccatoꝝ. salutez hominū expectantes ⁊ sitientes lacrime pīe vinū eorū. quia in illis odor est vite sa por gratie indulgentie gustus sanitas redeuntis innocētie serenitas vel ꝙsci entie suauitas. hec bern̄. Debrute etiā lacrimaꝝ ⁊ eaꝝ fructuoso effectu petr⁹ damiani sic dicit. quicūq̄ frater secu lū pfecto corde deseruit mentis sui la tibulū petat vbi ad videndam creato ris sui faciem totis visibus inardescat ad lacrimas anhelet. Lacrimas adeo quotidianis precibus flagitz. lacrima rū quippe mador aīmam ab omni labe purificat ⁊ ad proferēda virtutū germi na nostri cordis terrā fecundat. Por ro lacrime que adeo sunt diuine exau ditōis tribunal fiducialiter adeunt ⁊ impetrantes presto q̄ petunt. de pctō rum nostror⁹ certa remissione ꝙfidunt lacrime sunt veraces ac doctissime in q̄libz hūane ignorantie dubietate ma gistre ℣ Nam dubitantes ex ali quo vtrū deo placeamus necne nunq̄z meliorē certitudinē capimus q̄z cū ve raciter lacrimātes oramus. tūc em̄ q̄c quid agēdū mens nostra decreuerit su per hoc rursum ambigere necessariū iam nō erit. Porro lacrime diluūt spurci ciarū oīe in meretrice ꝓtagiū ⁊ īmun dis manibz tribuūt vt nō solū pedū sz et dñici capitis mereant attactum. La crime tribuūt vt negator⁹ aplus modo non pereat omīo post lapsuz. sed vltro etiam vt supra ceteros celestis curie se nator⁹ obtineat principatum. Lacri me contulerunt dauid post adulteriū si mul ⁊ homicidij profundissimum ba ratrum non modo regnū cū vita nō p deret sed vltro etiā promissionē hēre dis ex se nasciturī cū iuramento susci pet qui ⁊ regni sui solum oīm regna p petua possideret. Porro aūt ⁊ si cūcta lacrimarū dona percurrere voluero pīs forte dies claudit̄ q̄z exemplorū copia subtrahatur. De sunt em̄ q̄ ⁊ aīam a peccatorū labe purificāt ⁊ cor vagū in oratione ꝙfirmant. De sunt que dino rose pauerūt gaudiū ⁊ dum p oculos carnis erumpunt ad spem se eterne er supne beatitudinis erigunt. nō em̄ pos sunt in sua petitione ꝓtemni que ⁊ ma gnas habēt voces quas profecto voces ille ad eum frequenter emiserat ⁊ q̄d

adoptinendū posſz subtiliter nouerat qui dicebat audi oratione meam dñe et deprecatione mea auribus pcipe. lacrimas meas em nō oculis attendi: ſz auribꝫ pcipe. lacrimas postulat voces ineſſe lacrimis manifeſte designat. lacrime nempe cū in ꝯſpectu iudicis supplicant nihil hesitant. ſed ſic miſcōiaz tanqꝫ ꝓpriū iuris ſibi metvendicāt et impetraſſe se qđ petierant ꝯfidenter exultant. ¶ lacrime delicie ſpirituales supmel et fauū atqꝫ omī nectare dulciores q̄ mentes ad deū erectas iocūda saporis intimi ſuauitate reficiūt et arida atqꝫ tabeſcentia corda hauſtuūt ſuperne gratie medullitus irrigant. terrenorū namqꝫ vapū ſapores atqꝫ dulcedines ſupficiem quidē palati guſtantis oblectant. viſcera aūt interiora non penetrant. ¶ Sapor vero diuine ꝓremplatio mis oīa interiora noſtra replet vegetat et obdulcat. lacrimātes equidē oculi dyabolū terrent et ſic lacrimarū erumpentiū expauet impetū ac ſi procelloſi ymbris grandinē vel fluētiū vndiqꝫ vē torū effugiat quis tempeſtatē. nam ſic ſpinoſi torrentis ſupueniēs cunctis alueum sordibus purgat ſic lacrimaruz ꝓfluentiū curſus ex mente fluētis diabolice verſucie ſemina et oīs sordentiū viciorū peſtes eliminat. hec petrus damiani ¶ Et notandū ꝙ quicū qꝫ hāc gratiā hīe desiderat. neceſſe eſt vt diuini ignem amoris in corde habeat. nam ex igne dilectōis dei hec vnda ꝓfluit et ecōtrario quanto valentior vnda lacrimarū a penitēte ꝓfluxerit tanto maior ardor diuine dilectionis in corde hmōi hominis incaleſcit qđ ꝓbat ibidē petrus damiani ꝓpulcrū exemplum ſcripture ſic dicens. hec in quā aqua videlicet lacrimarū compūcti ex igne ꝓfluit. vt quiſquis affluere ymbris inundatione desiderat diuini amoris ignē prius neceſſe eſt vt in cammino ſue mentis accēdat qđ facilius exprimere poſſumus ſi quod in ſcō libro macha. ꝓhibet hyſtorialiter geſtum ad medū deducemus ait ḡ ſcriptura. ¶ Cū in ꝑſidem inquit ducerentur patres noſtri ſacerdotes qui tūc dī cultores erant acceptū ignem de altari occulte abſconderūt in valle vbi erat puteus altus et ſiccus et in eo cōcitati fūt eum. ita vt oībus eſſet ignotus locus. ¶ Cum aūt preteriſſent multi anni placuit deo vt mitteret neemias a rege perſidis. hic miſit nepotem ſacerdotē. illorū qui abſconderant ad requirendū ignē. et ſicut narrauerūt nobis nō inuenerūt ignē. ſed aquā craſſam. ¶ In quibus oīmbus verbis illud vnū attendēdum eſt ꝙ bum ſpecialiter ꝙ in altro et ſiccovallis puteo prius abſconditur et poſtmodū nō ignis ſed aqua craſſa a q̄rentibus inuenitur. mens quippe ſincera atqꝫ ꝑfecta deum intentōe querens nō incongrue ꝙ puteum vallis altū deſignatur et ſiccū quemimirū a fluidis illecebrarū carnaliū voluptatibus et terrene ꝯcupiſcentie ruderibus alte depoſſa et invere humiliratis eſt cōualle fundata. huic itaqꝫ puteo ſacrificij ignis īmittitur. cū in electi cuiuſlibet mēte diuini amoris flāma ꝯcipitur atqꝫ ad celeſtiū deſideriū pius aīmus inflamat. ſz hic ignis in aquaz vertit. qz ex igne diuini amoris lacrimarū ꝯpunctio generat. ¶ Et notandum ꝙ nō pura aqua dumtaxat. ſed craſſa aqua narrat illic reperta ¶ Quid em eſt craſſa aqua niſi lacrimarū ꝯpūctio diuine proculdubio gratie pinguedine faginata qua videlicet faginari piguedine eſtuabat propheta cū diceret. ¶ Sic adipe et pinguedine repleatur anima mea. ¶ Nec preterendū ꝙ abſcondentes hunc ignē concitati quidē fuiſſe non autē funditus

extinxisse referunt quia mimirū ignis diuini amoris quē i ara nostri cordis attendimus vt ex aromatibus bonor operū suaue deo sacrificiū offeramus ipso nostre puersionis initio intus qui dē debet occulte semp ardere nō aūt foras se pvacue glorie flāmas expādere Concutiat aūt sopitis flāmis nō autez vi priuat ardoris vt nō prorsus intereat sz sese postmodū mirabiliter ignis in aquam vertat. hec poro aqua ppunctio videlicet lacrimarū nō solū nos a peccatorū pstagione purificat. sed eiā vt placeat ipsa deo bona nostra pmendat. oīe namq bonorū operū sacrificiū in cōspectu supni iudicis suauius redditur. si lacrimis aspgatur vnde ille apte subdit. Et sacrificia inquit q impposita erāt iussit sacerdos neemias aspergi aqua ipsa et ligna que erāt suppposita. Sed cū opez nostror sacrificiū vere ppunctōnis aq pfundimus mortmentes nēas splendor irradiat et quic qd obscurū quicquid in eis tenebrosū eatenus latebat illustrat. Quidā nāq nobis se tūc intime lucis radius aprit et oīm̄ anime nostre latebras iocūda fulgoris serenitate pfundit qua ppter illuc cū premittit quia iussit haurire et auferre sibi et sacrificia que impposita erāt iussit sacerdos neemias aspgi aq ipsa et ligna que erant suppposita prosequitur hystorie series addidit hoc cū factum esset et tps affuit quo sol refulsit pius erat in nubilo et accēsus ignis magnus itavt oīm̄ mirarent. Audiuim? antea q aqua pro igne repta'est. Nūc econtrario dr quia p aspsionem aque ignis magnus accensus est. Ergo et ex igne aqua nascitur et ex aqua ignis in uicem procreatur. quia videlicet ex igne diuini amoris gratia ppūctionis oritur et rursus ex compunctione lacrimarū desiderij celestis ardor augetur.

Alterum siquidem pendet ex altero et sibimet vtrumq prestat dū ex amore dei lacrimarum compunctio profluit. Rursusq p lacrimas ad amorem dei mens nostra feruentius inardescit. in qua autem mente huius alternatis reciprocavarietas agitur ab omni proculdubio reatus sui squalore purgat. vnde illic nō incōgrue postremo subiūgitur. Appellauit autē neemias hūc locum. nephat qd interpretat purificatio. Locus itaq noster vbiq sacrificium offertur vbi aqua ignis vt dictū est varietas alternatur. fidelis est ania que profecto nō incōgrue purificatio dicitur quia dum nunc supni amoris igne decoquit nūc contriti cordis fletibus mūdatur velut fecūdi baptismi fluentis abluitur. hec petrus damiani. Ecce apet satis clare p precedentia dicta sanctorū patrum quāte virtutis lacrime penitentiū quantevē efficacie sunt. Et ideo a cunctis fidelibus maxime tamen a peccatoribus penitentia ī digentibus sunt desiderande lachrime. Filius.

Non sufficio gaudens admirari de tam excellenti dono dei eo p gratia compūctionis et lacrimarū tantam habeant efficatiam et virtutē. Sz rogo de hoc informari qualiter homo carens gratia lacrimarum et eā desiderans habere. p quē modum possit illā a deo obtinere.

Capitulum. II. Pater.

Scire debes q ppūctio siue lacrimarū effusio procedit ex spūsancto. testāte leone papa. q dr in quodā sermōe sic. Ab ipo enī videliz spūsctō sunt lacrie penitentiū Quisquis g̃ propter sua pcta in suo corde se senserit ppūctū. sciat hāc grāz a deo sibi esse infusam. nam ds inhabitādo

per spiritum sanctum in corde hoīs cōpunctos ⁊ lacrimantes facit. de hoc qdā doctor sic dicit. Quisquis pctōrū memoria ꝓpungitur ad lamenta. iam dei circa se ꝑsentiaz sciat. qñ ex eo qō admisisse se recolit interius erubescit. suoq; iudicio pmitēdo iā se punit. hec ille. Hāc ꝓpunctōis grāz desiderabat iob cū dicebat dimitte mevt plangaz paululum dolorem meum. Sup quo greg. ix. moē. sic dicit. Tunc ad plangendū dolorem nos dīs dimittit. cuz et mala que fecimus demonstrat. atq; adhuc eadē flenda que cognoscimus adiuuat. culpas oculis obicit. ⁊ pia manu gre vincula cordis soluit. vt ad vocatōez pfie mens nostra se erigat ⁊ carnis soluta ꝓpedibus in auctorē suū libera gressum amoris tendat. hec grego. Et quia ꝓpunctio lacrimaꝝ vt predictum est ex gratia nostri conditoris procedit necesse est. qui donum lacrimarū habere desiderat. vt ab omnipotenti deo p humiles preces ac virtuosam vitam istud querat. Per hec igit duo videlicet p orationes humiles ⁊ ꝙuersatiōnē virtuosam. si quis in his ꝑseuerauerit ⁊ donum hmōi pcipere gratiam ꝓpunctiōis ⁊ lacrimarū procul dubio obtinebit. ꝙ autem p orationes humiles querenda sit gratia lacrimarū. ℣ Beatus greg. exponēs illud iudiciū vbi dicitur ꝙ caleb tribuit axe filie sue irriguū inferius ⁊ superius. dicit sic. Axa sup azinū sedet cū irrationabilibus carnis motibus anima presidet. q̄ suspirans a patre terram irriguā petit. quia a creatore cum magno gemitu cordis querēda est gratia lacrimarū. Sunt em̄ qui iam recepserunt libere pro iusticia loqui oppressos nō teneri. indigentibus tribuere. ardorem fidei habere. ⁊ adhuc gratiā lacrimarū nō hīt. bi terrā hīt australem arentē. ⁊ adhuc irrigua indigent qz in bonis opibus positi in quibus ⁊ feruētes sunt. oportet vt timore iudicij vel amore regni celestis mala etiā que ꝑpetrauerūt deplorēt. Dat g̃ pater irriguū supius cū se in lacrimis celestis regni desiderio affligit. irriguū vo inferius accipit cū infernī supplicia flendo ꝓmescit. prius aūt inferius ⁊ post irriguū supius datur. Sed qz ꝓpūctio primū dignitate necesse fuit vt prius supius irriguū ⁊ post inferius ponetur hec greg. ℣ Ḋvero ꝓpriā virtuosam ⁊ solicitudinē diligentē circa salutē aīe sue. sit etiā querenda a deo gratia lacrimarū. petrus damiani probat sic dicens. si gratia spūssancti hoīm defuerit licet mentē quis ad supnaz gloriā sublevare ꝓtēdat. licet gebēne supplicia vel pctā preterita ad memoriaz reducat vel etiā dīnice passiōis recolat ꝓpter hec tamen omīa lacrime nō erūpunt. cui mentis archana peccatis exigentibꝰ obdurescūt. ℣u aūt sicut prudens ⁊ opposus agricola. agꝝ tuū indefinenter exerce. terrā tuā cordis ⁊ corpis vomere sancte discipline. pscinde vicioꝝ vepres extirpare ꝓtende. ⁊ sic ꝑatus quotidie tensis in celuz oculis supnimbris mundiciā prestolare. nā supius ille arbiter videlicz occultus inspector liz ad tps aquā. puida dispensatōe ꝓtineat. si te sic solerter agēte ac vigilē esse ꝓsperserit. agꝝ suū in priori crismatis ymbrib irrigabit ⁊ ita virtutum floribus diuersis ager ornabit. vt q̄ eatenus squalidus ac sterilis videbatur iam prouentu exuberantiū segetuz cumuletur. Quisquis ergo nō tam arido corde merere q̄ ⁊ lacrimarū inundantia queris effluere. non solum te a negociozum strepitu seculariū remoueas sed et a fraterni sepe colloquij mutua confabulatione te com-

pescere. Omnes a te mundane actiones curas ac sollicitudinis amputas. et eas tanq̃ rudez̃ moles ⁊ meatus obstacula obstructi fontis submouere festina. Sic̃ enim in caverna terre de abysso veniens aqua colligitur. sed obicibus oppressa nõ effluit sic in humano corde ꝑsiderata profunditate diuini iudicij tristicia nascitur. que tñ per fletum lacrimis erũpentibus nõ emanat. si terrenorũ actuũ sufflamen obsistat. Tristicia quippe lacrimarum materia est sz vt huiusmodi fontis possit vberratiz vena ꝓfluere. satage cũcta negocij obstacula remouere. Malitiam quoq̃ iram ⁊ odiũ ⁊ reliquoꝝ vitiorũ pestes de ãtro tui cordis elimina. ne si te accusatrix ꝑscia forte ẽmoreat. mẽs tua intimi roris vacua facta in ardoribus ariditate formidinis rapescat Sanctitatis quippe fiducia ⁊ testis innocẽtie ꝑscia est ⁊ puraz mentẽ celestis gratie riuulus irrigat ⁊ ẽsolut in lacrimas duriciã squalidi cordis emollit ⁊ fluẽdi meatũ fletibꝫ apit. fit ergo ꝑscia tua pura mitida mda. sit sincera atz ab oĩ labe nequiciarũ spũaliuz defedata. vt dum ꝓtricio cordis erumpe properat obex mordacis ꝑscientie non obsistat. hec pe. da. Ecce habemus ꝗliter querẽda sit ⁊ obtinenda gratia lacrimarũ videlicet p devotaz orationẽ ⁊ ꝓvite puritatẽ. Si quis igitur in his ꝓseuauerit gratiam predictã a dño ꝓsequet. Nam spiritussanctus videns hominẽ virtutibus adornatũ cor illius ingredit ⁊ p suã pñtiam illud in amore suo accendit ⁊ ꝓnñs ad lacrimas fundendũ cõpungit. Vaculosa vo acvitiosa corda inhabitare dedignat. ⁊ ideo lacrimarũ ꝓpunctionem habere non merentur. Filius.

Quomodo si homovitã suã emendauerit a vicijs abstinẽdo ⁊ pro ut dñs donauerit religiose viuendo ⁊ effuderit humiles preces coram deo ꝓpter gratiaz lacrimarũ obtinendã nec talem gratiam assecutus fuerit vtrum cõtritio siue ꝓpunctio absq̃ lacrimis valeat ad delenda peccata. Et vtrum aliqua ꝓpunctio possit vicem supplere siue locum lacrimarum.

Capitulum. III. Pater.

Adbas questiones prout gratia dei inspirauerit ita respondeo. Omps igit deus cui apta ⁊ nota sunt omia corda filiorũ hominũ. respicit voluntatẽ singulorũ ⁊ quicquid boni facere homo nõ ꝑt quod tñ libẽter facere vellet si posz hoc deus pro facto deputat. Testat hoc beatus ambro. sic dicens. Affectus tuus opi tuo nomen imponit. quicquid vis et nõ potes deus pro facto reputat. hec ambro. Cñ quisquis est peccatis grauatus ⁊ non põt pro suis excessibus lacrimas effundere. doleat tñ ex toto corde se offendisse deũ ⁊ lugeat. veniam a dño ꝓsequetur. qui piam voluntatẽ se humiliter inuocantiũ respicit. nã contritio ⁊ meror ⁊ suspiria etiam sine lacrimarũ effusione cũ haberi non ꝑt valent pctã diluere. De hoc dicit iohẽs abbas mõtis synai in tractatu de. xxx. gradibus sic. Sunt aĩe que lacrimari ⁊ lugere nõ valent. sed ꝓtristiciã ⁊ merorem ⁊ ꝓtritionem multaq̃ suspiria peccata diluunt ⁊ abstergunt. hec ille. Hoc idẽ sentit petrus damiani sic. d. Cum igitur mẽs hominis celestis gratie rore perfunditur ꝑ compunctionis fletum lacrimarum mundantium ym bribus irrigat vbi ⁊ si ex carneis oculis lacrime nõ erumpant. ipsa tñ amaritudo cordis a lacrimarũ fructibꝫ nõ elongat Quia qõ ex ramo exteriozis accidẽtie nõ colligit in ipsa cordis bu

midivirenti semp radice seruat. sufficit em̃ si mens sit flebilis etiã si iugiter nõ possit. vnde cũ visibiles lacrimas non potest quis ex oculis carnis exprimere sufficiat excessus ꝓprios ĩtra cõtriti cordis archana deflere. hec petrus damiani. Patet igit ex predictis qualiter gemebunda ꝓpunctio etiam sine lacrimarũ effusiõe deleat peccatũ. que tm̃ gratia quãuis haberi nõ possit debz tm̃ abvnoquoq desiderari. Solet aũt pius dñs a se etiã timentibz hanc gratiam plerumq subtrahere quia cernit ex hoc dono posse aliquos superbire. ꝛ ideo non donat vt in humilitate ꝓmaneant. Confert tm̃ pemitẽtibus ad se cõuertentibz validam ꝓpũctionis gratiã que delet peccatũ ꝛ supplet locuz lacrimarũ. sed talem ꝓpunctõem sine lacrimarũ effusione nonnulli penitentes ꝓ modico ducũt ꝛ in timore ꝛ humilitate ac statu bono ꝓseruantur. ista tangit iohãnes abbas in tractatu de .xxx. gradibus sic dicens vidi in quibusdã luctum ꝛ vidi in alijs ꝓter penuriaz luctus. luctum qui licet habentes tanq̃ nõ detinentes afficiunt ꝓ bonũ ꝛ ꝓ bonam ꝛ pulcram ignorantiã impredabiles manent. solet em̃ ꝛ ipsuz larimarũ donum magis vacuos plerumq extollere q̃ ex re quibusdam nõ datur vt huius priuatõne ꝛ inquisitõe in suspirijs in merore ꝛ tristicia aĩme seipsos affligant. ꝛ profunda ꝓtristatiõe ꝛ extenuatione penurie luctus augustient que locum lacrimarũ sine ꝓiculo hñt. quãuis ab eis hec cõuemẽtius pro nichilo reputentur. hec abbas iohãnes.

Nec hanc autoritatẽ sancti viri colligere possumus q ꝓtritio meror ꝛ ꝓpũctio ꝛ suspiria que habentur pro peccatis etiã sine fletu locũ supplẽt lacrimarũ. Patet igit responsio ad supius interrogata q ꝓtritio siue ꝓpunctio q̃ ex mesto ꝛ humili corde ꝓcedit etiã sine lacrimis põt tanta esse q delet pctm̃ ꝛ supplet locum lacrimarũ. Sed sciendũ q̃ sunt nonnulli qui post pcta ꝓpetrata ad deũ per pñiam redunt. ꝛ statim in principio ꝓuersiõis sue gratiam lacrimarũ a dño percipiũt quaz etiam gratiã per timorem dei ac bone vite studiũ ꝛ humilitatẽ in seipsis custodiũt ꝛ ꝓseruant. Et sunt nõnulli. q̃ qui dẽ lacrimarũ gratiã in cõuersiõis nouitate ꝓcipiũt. sed hãc per incuriã seu negligentiã vel vitam inordinatã ac viciosam perdũt. Et sunt nõnulli. qui quãuis ꝓ suis excessibus ꝛ pcris doleant. valde ac ꝓpunganꝫ. lacrimas tm̃ pro delictis suis fundere nõ valent. Et sunt nonnulli qui in principio sue ꝓuersionis sua pcta flere nõ valent. faciunt tm̃ quod possunt se per ꝓpunctionẽ cordis seu gemituz ac merorẽ affligentes. vitamq suam emendantes ꝛ cũ diligentia custodientes. Hi tales sic in tali propposito perseuerantes percipiũt proccessu temporis ex dono dei et gratiaz lacrimarũ ꝛ sicuterq homo ꝓsolaꝫ interior gemendo exterior flendo. nichil em̃ ita reficit aĩaz peccatricẽ siue ꝓsolatur quẽadmodũ humilis effusio lacrimarũ. De hoc dicit richar. ꝺ sancto victore super illo ꝟbo fuerũt mihi lacrime mee ꝛc. Nemõi panes homo interior aliqñ solus comedit. aliquando eriaz vt secum comedat dilectum suum vix multa fatigatione compellit. Panem suũ spiritus solus comedit. qñ animus quidem de peccatis dolet. verum tamẽ lacrimas nulla ratione exorquere valet. panem doloris pariter comedunt ꝛ cibum vinum quasi vnanimiter sumunt. cũ interior homo profunde ingemiscit. ꝛ ad eius gemitũ exterior homo vberrim lacrimas fundit. hec richar. Inter hec etiã

am sciendum ꝙ sunt nonnulli. qui cō
punctionē lacrimarū ꝓcipiūt.sed hūi
militatē circa eandē gratiā non habēt
nam contra prōximoꝝ vitam nōnūqꝫ
se erigunt.vel contra ꝺditoris ordina
tionē murmurant.aut etiā propter cō
modum tpale seruanam gloriam hoc
agere studēt. De talib⁹ beatus greg.
ix.mor.exponens illud iob. Si lotus
fuero quasi aquis minus sic dicit Sunt
nōnulli qui lamenta habent.sed humi
litatē nō habent qui afflicti plangunt
sed tamen in ipsis fletibus. vel contra
prōximorū vitam supbiunt vel contra
ordinationē cōditoris erigunt. bi mi
mirū aquas habent sed minis aquā nō
habent ⁊mundi esse nequeūt.quia hūi
litatis fletib⁹ minime lauant. Aquis
autē minis a culpa se lauarat.qui confi
tenter dicebat. Cor contritū ⁊ humi
liatū deus non spernit. Qui enī lamen
tis affligunt sed murmurādo rebelles
sunt.mentē quidē ꝓterunt.sed humili
ari ꝓtemnunt. Quāuis aque minis in
telligi ⁊aliter possint. Aqua enī fōtis
et fluminis ex terra oritur.aqua vero mi
nis ex aere prōruit. Et sunt pleriqꝫ q̄
prōrationū lamenta se cruciant. sed to
tis lamentorū laboribus.ad desideria
terrena exsudant ꝓpungunt in preci
bus.sed felicitatis transitorie gaudia
exquirunt. Ios itaqꝫ minis aqua nō ab
luit.qr eor fletus ab ymis venit. Qua
si enī ex terre aqua prōfusi sunt. qui p
terrenis bonis in precibus cōpugunt
Qui vero idcirco plorant.quoniā pre
mia eterna desiderant aqua minis Ios
deluit qr celestis ꝓpūctio infundit. nā
cū phœnē patriaz p lamenta appetūt
eiusqꝫ desideriis accensi plāgūt a sum
mis accipiunt vnde mūdentur. Sed
quousqꝫ pena corruptōis astringimur
quātūlibz rectis opib⁹ luceamus verā
mūdiciaz tñ nequaqꝫ apprehendimus
sed imitatiōnē vnde apte p iob subditur.
Tamen sordib⁹ intinguis me. Deus
nos sordib⁹ intinguere dicit.i.intime
tos sordib⁹ demōstrare. qr quanto ad
illū veriꝰ p bona opa surgimus tāto
subtilius vite nostre sordes cognosci
mus.quib⁹ ab eis mundicia discorda
mus. Fit ergo. Si lotus fuero ⁊c.ac si
apte dicat. Quāuis lamētis supne cō
pūctōis infundar.qꝫuis p studia recte
opatōis exercear. in tua tñ mundicia
video ꝙ immūdus sum.intentū quip
pe deo aīam ipsa adhuc corruptibilis
caro diuerberat.eiusqꝫ amoris pulcri
tudinē obscenis ⁊illicitis cogitatio
nū motibus fedat.naz mūdos nos ad
pfectū reddere vel vita vel lacrime nō
valent.quousqꝫ nos mortalitatis nre
corruptōis tenet ꝺditio.hec gre. Bn
Unō quisqꝫ gratiā lacrimarū a dño p
cepit illam studeat p humilitatē ⁊ bo
nam ꝺuersatōem in seipso cōseruare.
¶ Si quis vero hanc gratiaz habi
tā p incuriā aut negligentiā seu etiaz
vitā inordinatā a se elongatā senserit
p pīam ⁊gemitū cordis ac vite emē
dationē conetur illaz in semetipso re
formare. Si quis donū lacrimarū nō
dū est assecutus.p hūiles orōnes ⁊ la
menta pīe ac vite puritatē laboret a
dño illud obtinere. ⁊ dū donū p̄dictū
adeptus fuerit videat ne p negligenti
am aut aliqd̄ viciū seu elationē mētis
hoc pdat. Si qs̄ vo p̄dictā gratiam lacri
maz ex corde hre desiderat ⁊ p illa ob
tinēda se p gemitus ⁊ lamēta ac mero
rē aīe intus mactat.nec tñ assequi vale
at qd̄ precat. talis nō despet.sz sua fla
gicia ⁊ peta p̄tritōes ⁊ ꝓpūctōes cor
dis ac lamēta pīe studeat abstergere
quia cōpūctio ac meror seu gemitus.
que procedunt ex humili corde etiam
sine lacrimis valent vt supra dictum
est peccata delere.quia corritū ⁊ hu

miliatū deus nunq̄ despicit Diligen da tamen valde est ⁊ desideranda com pūctio lacrimarū.quia nihil mouet de um ad miserandū siue etiam cogit.sic humilis lacrimarum effusio.Testatur hoc beatus augu.cū dicit. Omnia alia habent effectum mouentis vel suppli cantis.sed sola lacrima effectū cogen tis.Dec augu.Hoc idem affirmat bea tus hieronimus sic dicens.Oratio de um leuit:sed lacrima cogit.Ecce quo modo humiles lacrime cogunt deū ad prestandum misericordiam ⁊ remiaz penitē tibus.ipsa enī lacrima ex pio cordis procedēs affectu iudicis nō timet ter rorē accusantibus inimicis silentium imponit.sola intrat ante deum.sola vir tute vincit inuincibilē.hoc probat bea tus bernī.sic dicens.O humilis lacri/ ma.tua est potentia.tuū est regnū aspe ctum iudicis non vereris.inimicis ac cusantibus silentiū imponis.sola in/ grederis ante deū.sed nunq̄ sola aut vacua exibis.quid plura.vincis inuin cibilem ligas omnipotētem.hec bernī. Ex iam dictis possumus cognoscere multū validam esse virtutē lacrimarū quia vincere possunt inuīcibilem ⁊ ad miserandū inclinare omnipotentē vn/ de quilibet peccator etiam maximis ⁊ multis sceleribus involutus vim facit omnipotenti deo nō eū cōpellendo.sed flendo.nō prouocando.sed lacrimis exorando.⁊ p humilitatē gemendo. De hac salubri violentia beatus aug. sup illo verbo D Regnum celoꝝ vim patitur sic dicit.vim facimus do/ mino nō ꝓpellendo sed flendo nō pro uocando iniurijs sed lacrimis exoran do non blasphemando p superbiam sed p humilitatem merendo. O bona vio lentia que vim patiēti bonitatē elicit. et vtilitatem tribuit inferenti. Quis/ quis violentior christo fuerit religio/ sior habetur a christo. Aggrediamur fo quā illum non ferro nō fuste non saxo sed cōsuetudine ac boni operis castitate hec sunt arma nostre fidei.quibus in/ gressione certamus vt autē his armis vti in via ferendo possimus.ante cor/ poribus nostris vim quodāmodo faci amus ⁊ expugnemus membroꝝ vicia ac virtutū premia cōsequamur.prius enīz ipsi regnare debemus in nobis vt regnū possimus diripe saluatoris.hec augu.Beatus etiam greg.eodem̄ bo Regnū celorū ⁊c.dicit sic.Qui peni/ tentiā peccatoribus indixit.quid aliō q̄ regno celorum fieri violentiam do/ cuit.Rogitemus ergo carissimi.ma/ la que fecimus.⁊ nosmetipsos assidu is lamentis atteramus.hereditatē iu/ storum.quam nō tenuimus.per vitam capiamus p̄ppīam.vult a nobis omī potens deus talem violentiā ꝓpeti.nā regnū celorū rapi vult nostris fletib. quod nostris meritis non debet.Exer ceamus ergo nosipsos in lamentis ex tinguamus fletibus ⁊ dignis pīe fru ctibus culpas.hec grego.Audientes igitur tantā vim ac virtutem esse in la crimis vnusquisq̄ qui se sentit in ali/ qua angustia aut necessitate positum ⁊ desiderat consolari vel etiam ab his li berari fundat ad deum lacrimas.Ad quod hortatur beatus augu.sic dicēs. E Si desideras quod nō habes fū/ de lacrimas.Et iohānes crisostimus Nemo ad deū flens aliq̄n accessit.qui nō quod postulauit accepit.nullus ab eo bñficia volenter optauit.qui nō im petrauit quod voluit.hec crisī.Et quia nihil ita efficax est ad impetranda ea. que sunt saluris ⁊ amouēda ea q̄ sunt ꝯtraria saluti sic sunt lacrime q̄ ex bōi li ⁊ pio corde procedūt ideo quilibet homo.maxime tamen penitentes.qui conuersi sunt p̄ppīam ad dīm in hac

ꝙficit vsq; ad perfectum diem videlicet perfecte caritatis. Et ideo sciendum ꝙ inviatorib; ꝙfectis viris duplex est perfectio caritatis. Una est necessitatis ꝙ sufficientie. Alia est ꝓmilegiate sanctitatis ꝙ excellentie. Has perfectões tangit ꝑ per libꝛo. iiij. de vita ꝓemplariua sic dicens. Illi qui ꝑfecte deũ diligunt. qui volendo qđ ds vult nullis peccatis quib; offendit ac quiescunt. ꝙ semꝑ ad virtutes hñdas ꝙ diligendas se extendũt. Perfectionem necessitatis tangit cum dr volendo qđ deus vult. ꝙ hanc habent quicũq; in caritate manent. Ad quam etiã perfectõem inuitat nos dñs deutero. xiij. sic dicens. Perfectus eris ꝙ absq; macula coꝛam dño deo tuo. absq; macula criminali ait glo. Perfectionem aũt excellentie tangit cum dr. Et semper ad virtutes habendas se extendit. nam indefessum ꝓficiendi studium et magni conatus ad perfectõem reputãtur ꝑ facto. Sed qꝛr ait apls. Velle adiacet mihi. ꝓficere aũt non inuenio Ideoq; plena perfectio caritatis qualis erit in patria. nullo mõ haberi põt in via. ꝓpter qđ signa ꝑfecte caritatis hic non querunt sed signa ꝑfectioꝛis caritatis ꝓut in via haberi ꝓñt. Est igit notandũ ꝙ signa caritatis perfcẽ dupliciter ꝓsiderari possunt. qꝛ quedã habent quasi ex actionib; exterioꝛib;. quedam ex actionib; interioꝛib;. ꝙ de vtrisq; actionib; tam exterioꝛibus q; interioꝛib; quinq; signa possunt assignari. Primũ igit signum extrinsecus caritatis perfecte est. si quis ꝓ salute xꝑi moꝛi paratus sit. Ratio põt esse talis vt dr beatus augu. in libꝛo de gratia ꝙ libero arbitrio. Parua caritas non sufficit ad implenda magna mãdata. vt sunt moꝛi ꝓ christo vel ꝓ fratrib; ꝙ huiusmodi. sed requiritur ad hoc caritas magna. Unde super epistolam Johannis idem beatus aug. dr. Perfecta caritas hoc est. vt quis ꝓ fratribus patus sit moꝛi. Ex hac igit virtute ꝓ signum perfecte caritatis. Secundum signũ extrinsecum caritatis perfecte ẽ si quis inimicos diligit ꝙ eis ꝓ deo bñ facit. Ratio huius est vt dicit hugo de arra anime. Amoꝛ transformat amantem in similitudinẽ amati inquantuꝫ potest. non solum quantũ ad substantiam sed etiã quantum ad opatões arduas ꝙ difficiles. Cum igit deus amatur ab eo qui diligit inimicos ꝙ benefacit eis sequens verbum dñi dicẽtis. Diligite inimicos vestros ꝙ benefacite eis vt sitis perfecti. sicut ꝙ ꝑ vester celestis perfectus est. Et hoc fieri non potest per quamlibet dilectiõem. sed ꝓ perfectam. qꝛ talis dilectio vt dr btũs augusti. est perfectoꝛ. Et oꝛigen. super cañ. dicit. ꝙ exhibitio pietatis ꝓbat magnitudinẽ dilectionis. ideo illõrum signum est scꝫ diligere inimicos. Tercium signum extrinsecum caritatis perfecte est si oña aduersantia gaudenter quis suscipit ꝙ patienter fert. Ratio huius est quia caritas perfecta mentem ab amoꝛe huius vite quasi totaliter auertit. ꝙ occidendo insensibilem reddit. quia penas temꝓales et moꝛtem contemnere facit. De hoc beatus gregoꝛius sic dicit. Sicut moꝛs coꝛpus interimit. sic caritas vite eterne ab amoꝛe temꝓalium mentem auertit vel occidit. Nam mentem quã perfecta caritas absoꝛbuerit. ad terrena foꝛis desideria insensibilem reddit Neq; sanctus quilibet ꝓ domino moꝛi potuisset. nisi ꝓius a terrenis desideriis fuisset moꝛtuus in mente. Charitas ergo omnia sustinet. ait sanctus paulus. Un̄ apostoli ibant gaudẽtes a ꝓspectu ꝓcilij. qm̄ digni bñti sunt ꝙẽ.

Quartum signum extrinsecum caritatis pfecte est si oĩbꝫ quis renũciare paratus sit. ⁊ sequi xp̃m Ratio est qꝛ perfecta caritas omnia rennuit .que eius officium impediunt. Unde apls omnia arbitratus est vt stercora vt lucrifaceret xp̃m. sed temꝓaliuꝫ ꝯcupiscentia maxime impedit officiuꝫ caritatis Dicit etiam beatus augu. ꝙ caritatis venenũ est. spes adipiscendoꝝ aut retinendoꝝ temꝓaliuꝫ Et nutrimentũ caritatis diminutio cupiditatis. Perfectioꝝ caritatis est. vbi nulla est cupiditas. hec aug. Et beatus greg. Sũt nõnulli iustoꝝ qui ad apꝛehendenduꝫ culmẽ pfectionis dũ altiora interius appetunt exterius cũcta derelinquunt qui reb̃ habitis se nudant. gloria hoꝛnoris se expoliant. qui deficioꝛuꝫ interꝛnoꝝ assiduitate se affligunt. ⁊ de exterioꝛibꝫ ꝰolationẽ habere nolũt. hec greg. Quintum signum extrinsecum caritatis pfecte est si quis mihil aliud ꝙ̃ solum deum diligat. ⁊ eundẽ timoꝛe filiali timet Ratio qꝛ perfecta caritas foꝛis mittit omnem timoꝛem vt ꝺr iohãnes in sua cano. Quod exponẽs gilbertus sic ait. Caritas ꝓ xp̃o liuoꝛe caret sed caritas xp̃i caret timoꝛe. hec eñ mihil penale hꝫ. timoꝛ aũt penã hꝫ igif in caritate xp̃i timoꝛ non erit nisi filialis. Unde notanduꝫ vt ait beatus aug. super p̃s. ꝙ sunt nonnulli hoĩes qui habent timoꝛem ⁊ ꝓ timoꝛem ꝓhibent se a peccato ⁊ timẽt sed nõ amãt iusticiam. cũ aũt ꝓ timoꝛem sepꝛtinent a peccato fit assuetudo iusticie. ⁊ ĩcipit qꝫ̃ durum erat amari ⁊ dulcescit deus ⁊ iam incipit homo iuste viuere. nõ qꝛ timet penas sed qꝛ amat eternitatem. Exclusus ergo est timoꝛ a caritate successit timoꝛ castus veniens de amoꝛe. ille aũt timoꝛ non est castus qui timere facit quicquid facit bonꝰ non timoꝛe amittendi illud bonum sed timoꝛe pardendi illud. malum non timet ne ꝓdat amplexus pulcerrimi sponsi. Iꝫ timet ne mittat in gehennam. hec aug. Unde vera ⁊ pfecta obsequia deo non reddimus. nisi cum eum ꝓpter amoꝛis fiduciam non timemus ⁊ cũ ad bona opa agenda nos non metus ducit sed affectus. Unde beatus greg. ix. moꝛal'. super illo verbo . Non eñ possum metuens respondere sic ait. Deo respondere est eius donis p̃cedẽtibꝫ nostra obsequia reddere. Rectũ quippe deus hominem ꝓdidit. eumq̃ ad puersa deflu entem cũ longanimitate tolerat. quotidie culpas aspicit. ⁊ tñ viuẽdi spacia non citius abscidit. dona largiꝰ benigniate sua. ⁊ erga malos vtꝰ. Respondere homo tot beneficijs deber. sed tamen respondere metuens non valet. qꝛ humanꝫ generis ꝓditoꝛem quez ad huc seruiliter foꝛmidat ꝓculdubio nõ amat. nã tunc soluꝫ deo vera obsequia reddimus cum eum ꝓpter amoꝛis fiduciam non timemus. cum nos ad bona opa affectus non metus diꝛigit. cum malum nostre menti non placet etiam si licet. nam qui a puersitatis ope ex timoꝛe restringiꝰ. puersa libenter ageret si liceret. nequaq̃ ergo ꝛaciter rectus est. qui adhuc a ꝛauitatis deficio liber non est Unde vera obsequia deo nõ reddimus. si ex timoꝛe ⁊ nõ potius ex amoꝛe mandatis illius seruimus. hec greg. Ex his dictis patet ꝙ diligere deum super omnia ⁊ illius mandatis non ex timoꝛe sed amoꝛe obedire aliaq̃ pficere sunt signa caritatis perfecte.

De signis pfecte caritatis perfectorum intrinsecis scdm statũ huius vie

Nunc videndum est de signis intrinsecis eiusdem caritatis pfecte. Sunt aũt quedã actio

nes caritatis quasi intus manentes a caritate elicite vel imperate. ⁊ illa signa sunt veriora quantū intimiora. quāto enim caritas est perfectior. tanto est acutior ⁊ ad intima pringens. ⁊ ideo intimiores ⁊ pfectiores eligit actus.

¶ Primū igit signū caritatis pfecte intrinsecū ē vel sunt pfunda ⁊ intima suspiria mentis Ratio potest ee talis. q; qñ memoria rei amate īrima mētis amantis rangit. statim suspiria amorosa quasi nuncios amoris expellit. donec eam psentia dilecti visitet ⁊ reficiat. Unde greg. v. moral. adducēs illud Job. Antecz comedā suspiro. dr ꝙ mens ad inspectōem fulguris p intima suspiria vegetata qualescit. quia eam amor veritatis reficit vel afficit. ⁊ refectio premplationis pascit. hec grego. Tepidus aūt amor hec facere non pt sicut amor pfectus ¶ Secundum signū intrinsecū caritatis pfecte sunt alta desideria Rō huius est. quia beatus aug. ij. li. pfes. sic dr. omnia posteribo suis agunt ⁊ loca sua petūt. grauia deorsum vt lapis. leuia sursum vt ignis. sed qđ est pondus in corporibo. amor est in spiritibo. Unde aug. ibidē dr. Amor meus pondus meū. eo feror quocunqz feror. dono tuo accendimur ⁊ sursū ferimur. inardescim? ⁊ imus ⁊ ascendimus p ascensiones in corde ad pacem ihrlm. hec aug. Ecce quāto amor magis accendit. tanto desideria amorosa perfectius sursum ferunt nec quiescunt donec ad locū suum. s. ad amatū deum pueniunt. Unde ⁊ beatus greg. in mora. dr. Sancti viri cū eternitatis desideriis anhelant. in tanta altitudine vite se sublevant. vt audire q̄ mundi sunt. graue sibi ac deprimens pondus credant. valde enim intolerabile estimant quicquid illud nō sonat exterius quicquid intus amant. multi plicata enim caritate maioribo desiderijs estuant. ⁊ iam puenire ad vitā spiritus etiam per cruciatus corpis anhelant. hec greg. Ex hoc pz ꝙ alta desideria que in summū desiderabile solum tendunt signa pfecte sunt caritatis.

¶ Tercium signū intrinsecū est cogitatōnes languide. Rōnem assignat Fulgērius in quodā sermōe sic dicēs. Necesse est vt quo preceserit dilectionis thesaurus. i. amatū. illic sequat cogitationis affectus. i. desideriū amorosum. ideo veritas ait. vbi thesaurus tuus ibi ⁊ cor tuum. Ut ergo in celestibus thesaurisemus celestia diligamus Ubi ergo vis nosse vbi sit thesaurus tuus. attende quid ames. attende etiaz quid cogites. ⁊ ita fiet vt thesaur tuū ex toto corde tuo cognoscas ⁊ amorē tuum iudicio cogitationis tue intelligas. hec fulgen. Si igit cogitationis affectus ē vbi est thesaurus amoris. i. amatum planū est ꝙ cogitatō fastidit omne aliud ab amato. Unde glo. sup illud Cañ. v. Adiuro vos vt nūcietis dilecto q; amore langueo. sic dr. ¶ Pre magnitudine amoris omia tempalia sunt mihi fastidio. vnde langueo. Lāguor autem iste causat ab amore perfecto. Unde origenes ibidez distinguit inter simplicem amorem. ardorem. ⁊ languorem dicens. Amant inquit incipientes. ardent proficientes. langnent perfecti. Igit cogitationes languide sunt signum caritatis perfecte.

¶ Quartum intrinsecū signū caritatis perfecte sunt expectationes tediose. Ratio est. q; dicit Lincomien. super. vij. c. angelice ierarchie. Amore tendente in rem amantem nihil velocius. nihil acutius. nihil penetrabilius. nihil subtilius. quia sua natura non quiescit donec supnaturaliter penetrauerit totam pfunditatē ⁊ transi-

erit amabilis totalitatē quantū potest Et qñ cursus istius amoris impeditur vel tardat qualitercūq; tota mens turbat & expectatione attediat. Quia sicut dr richar. Amanti ois mora longa videt & expectatio onerosa. vt clamet cū sancto iob. Tedet aiam meam vite mee. Quod exponens beatus greg. ita dr. presens vita vilescere. i. tedere incipit. dū diuinus amor dulcescere incipit Unde amor caritatis pfecte quodam incendio incensus fastidit oē. qđ sui amoris cursum impedit. ¶ Quintum signū intrīsecū caritatis perfecte sunt affectiones extatice. Extasis vero est excessus mētis. vt ait papias. Hō huius est q; sicut dr dyonisi. iij. de diuinis nois Amor in deū tendēs est faciens extasim spūs Et rōnem reddit ibidē. q; amor nō pmittit amatores esse sui ipōr p mentis sobrietatem. sed eor qui amant p mentis excessum. sz illi qui non sui sed alior que extra se sunt querūt amorē. spiritū in amatis pñtem ꝓstituunt Quia sicut dr beatus bernar. Hō est psentior spiritus mihi vbi animat. q̄ vbi amat. qđ tñ intelligendū est quantū ad conatū affectōis sue. hunc aūt excessum nō pt facere misi caritas pfecta. que p suam fortez inclinationē causat tendentiam vehemētem in rem amatam Quod oñdit dyonisius p exemplū allegans paulū ita dicens. Beatus paulus in amore dei magnifice excellens dr ad galath. ij. Viuo ego iam nō ego. viuit aūt in me cristus. hoc aūt dr sicut verus amator & extasim passus viuens deo nō sibi. hoc exponens excellen. in plogo sup can. sic dr. viuo ego vita naturali. iam non ego p mutationem excessiuā ad eternitatis immensitatez q̄si absorpta & suo officio suspensa dirigor moueor doceor & regor vita supsubstantiali, cui vnior qua repleor. vnit aūt in me xp̄s. i. sicut anima sobria me regit naturaliter & disponit ad oēm actū inferiorem sic virtus xp̄i cui vnior gratuite me vnificat & ad oīa disponit. Sequit hoc dixit sicut verus amator. verus autem amator est. qui in soluz summe & vere diligibile & desiderabile immediate & ꝓpter ipm solū supintellectualiter intendit. hec ille Debemus ergo adhere deo per pium amorem. q; in ipo est plena refectio & requies perpetua aia sanctaꝝ Uñ dr beatus bernar. O bone ihesu amor tuus non est transitorius sz eternus. non est ociosus sed qui te diligunt nō tepescūt meditatio tua super mel dulcis. loqui de te plena refectio. nosse te pfecta ꝓsolatio. adherere tibi vita eterna. a te separari mors ꝑpetua Hec bernardus.

Filius

Habita informatione de signis & coniecturis ipius caritatis. nūc ꝓsequēter quid bom ꝓferat eadem virtus caritatis cupio edoceri.

Ca. .XII. Pater.

Scire debes qđ virtus caritatis efficit aiaz hominis sponsam xp̄i & templū spūssancti. nam ois aia fidelis que est in caritate & in statu gratie ē sponsa xp̄i. que copulata est ipsi deo per sacramentum baptismatis. & accepit ab eo arraz videlicet remissionē pcōr & donum spiritussancti. De hoc throphilus dicit. Omnis anime sponsus xp̄c est. sponsalium vero locus vbi coniunctio efficitur ē baptismus siue ecclesia. Dat dō arram sponse remissionem peccatorū & spiritussancti ꝓmunionem. pfectiora vero in futuro seculo retribuet dignis. nullus aūt est alius sponsus nisi solus xp̄us. hec throphilus. Hunc ergo

sponsum anima sibi copulat qñ ei pre
tum amorē inxret. Unde ōt richar.
de sancto victo. Verus anime sponsus
deus est. quem tunc veraciter nobis co
pulamus qñ ei per vēz amorem inxre
mus. imoxere sibi ille nos ꝓnectit qñ
nos quibusdam intermis ꝓmercūs ad
suum amorē accendit ꝛ artius astrin
git. vnde fit vt quem prius ꝓsueuerat
multū formidare. incipiat postmodu
ardenter amare. hec richar. Unde no
tandū ſm beatum augu. q ficut viola
tio corporis violat ꝛ corrumpit virgi
nitatem. s. per peccatum carnale. sic vi
olatio fidei corrumpit integritatē mē
tis. virginitas carnis corpus intactū.
sed virginitas mentis fides incorrup
ta. Quādiu ergo seruabimus deo fidē
veritatem ipsi fideliter adhxrentes tā
diu mentis integritatē quam p virgi
nitate accepimus custodimus. Quod
si quidē violauerimus peccatis nos ne
quiter, psternentes per pñiam ꝛ satisfa
ctionem reparemus. ꝛ in postez simi
lia caueamus. ꝛ deo itez per amorem
adhxreamus. ꝛ eadem adhxsio ꝛ ꝓtinē
tia nobis itez p virginitate reputaf ꝛ
si non quantum ad aureolā saltē quā
tum ad meritū. hec augu. Unde aīma
per peccatum corrupta ꝛ per vitia car
nalia fedata ac polluta. feditatē suam
ac deformitatē debet deponere perverā
pñiam. secz itez virtutibꝫ ꝛ bonis mo
ribꝫ adornare vt tanti sponsi xpi. s. am
plexibꝫ digna valeat existere. De hoc
hugo de sancto victore in tracta. de ar
ra anime cum ipsa anima ꝓferendo sic
ait. Si ego electa sum quid ḡso adhuc
differor quin ad amplexus sponsi nec
dum puenire possum. Nescis o anima
mea nescis ḡz feda prius fuisti. ḡz dēfor
mis ḡz polluta omni horrore ꝛ enormi
tate plena. Et quomō tam cito in illū
pudoris ꝛ castitatis thalamū introdu
ci expetis. nisi prius saltem cura aliq
ꝛ studio exculta ad pristinū decorē re
pareris. hoc est q iste sponsus tuus ad
huc suam presentiam tibi subtrahit ꝛ
necdū in mutuos amplexus ꝛ dulcia
oscula te admittit qrvz nec polluta de
bet muudū tangere. nec turpem decet
mundū videre. Cum aūt preparata ꝛ
decenter ornata fueris. demū in illuz
celestis sponsi thalamū sine cōfusione
permansura intrabis. Prius ergo stu
de faciem ornare. habitū ꝓponere. ma
culas tergere. mores corrigere. disci
plinam seruare. ꝛ ommibꝫ tandem in
melius ꝓmutatis digno sponso dignā
sponsam reddere. serua te illi intactā.
serua impollutam. serua integram. ser
ua incontaminatā. Si olim meretrix
fuisti. modo virgo facta es. quēadmo
dum amor illius ꝓsuevit corruptis in
tegritatem reddere. integris castitatē
seruare. hec hugo. Non solum autē di
cenda est ꝓtinentia a carnis illecebris
abstinentia. sed ommium delectabiliū
carentiam ꝓtinentiā debemus intelli
gere. Nunqz in spirituali studio aliqs
potest pficere religiosus vel in statu sa
lutis persistere. nisi a carnalibꝫ delecta
tōnibꝫ que sine peccato mortali admit
ti non possunt ex integro renuncier, p
ter deum. Unde ſm bernardū. Digne
deo spūali matrimonio illi copulāt
qui in eius dilectionis intuitu vitioz
ꝓnubia. carnis delicias. mundi glori
am ꝓtemnunt. hec bernardus.

Debet ergo aīma devota que tam per
fidem ḡz ꝛ pervite meritum sponsa cri
sti appellari meruit ꝛ eē. seipsam a vi
tijs ommibꝫ abstrahere. ac omni dilige
tia per vite puritatem se illi ꝓseruare.
ipsum qz solum diligere. vt per hec eq
lem vicissitudinem dilectionis repen
dere possit. Hec ꝛ quedam alia beatus
Augustinus de sponsa ꝛ sponso spūali

ꝯmemorat ita dicens. O sponsa spon sum habes ⁊ nescis. pulcrerimus oīm est sed tu speciez eius nō vidisti. ille te videt qz misi te vidisset nō te diligeret quid ḡ ages nunc illū videre nō potes. qz absens est. ideo nō times nec erubes scis illi iniuriaz facere. ꝙ singularem eius amorē ꝯtemnis. teꝯ alieno amatore turpiter ⁊ impudice ꝓstituis. noli sic facere si adhuc scire nō potes qualis ille sit qui te diligit. ꝯsidera saltim arram quā dedit tibi. forta ssis in ipso munere eius qđ penes te est poteris cognoscere quo affectu illū diligere. quo studio ⁊ diligēcia te illi debeas ꝯseruare. Magnū ḡ est qđ tibi dedit. sed maius est qđ in te diligit Quid tibi dedit o aīa sponsus tuus. respice vniversum mundū istū. ⁊ ꝯsidera si in eo aliquid sit qđ tibi nō seruiat omnis natura ad hūc finē cursum dirigit. vt obsequijs tuis famulet ⁊ vtilitati tue deseruiat. Quisputas hoc īstituit certe deus Beneficiū ergo accipis ⁊ auctorē eius nō agnoscis. cāto quippe diligens suo dono diligendus demonstrat ⁊ qꝫ stultū est amorem tā potentis non ꝯcupiscere. ⁊ qꝫ impiū tam multū diligentem nō amare. Caue eriā o aīa ne qđ absit meretrix dicaris si munera dās plus qꝫ amantis affectū diligas. maiorem caritati eius iniuriā facis si dona illius accipis ⁊ tū vicissitudinē dilectionis non rependis Dilige igit illum ꝓpter se. dilige te ꝓpter illū. dilige illū vt fruaris illo. dilige te vt diligaris ab illo. dilige in domis illius. q̄ tibi data sunt ab illo. illū tibi ⁊ te illi dilige. hec pura ⁊ casta dilectio est nihil hās sordidū. nihil amaꝝ. nihil transitoriū. hec aug. Anima igit que sic diligit xp̄m merebitur eius amplexibꝰ circumplecti. cui etiam ꝯiungi per hmōi amplexum spiritualem valde est delitiosum ⁊ iocundum nam ipsius amplexus non maculat sed mundat. non inquinat sed sanctificat De hoc per quendam sic dicit Heu mundana mollicies tactū meuz nimis miserabiliter decipiebat ⁊ ignorauī. ꝙ tā suauis o bone ihesu esset amplexus tuus. tam honestus attractus tuus tamqꝫ delitiosum tibi ꝯiungi. Tuus o dulcissime ihesu amplexus non maculat sed mundat. tuus attractus nō inquinat sed sanctificat O ihesu fons vniuerse dulcedinis ⁊ suauitatis. quā tuz habet deliciositatis honestatis ⁊ iocunditatis quando lena tue sapientie eterne ⁊ cognitionis est sub capite. id est sub ratione ⁊ dextera tua diuine clementie ⁊ dilectionis amplerabit me in voluntate. Heu me miserā quis vnqꝫ tam dulce tam suaue tamqꝫ delitiosum experiri poterit. qꝫ inter brachia tanti sponsi requiescere. inter oscula tanti regis ⁊ amici feliciter obdormire. hec ille. Anima vero que sic sponso celesti ꝯiungitur in eius desiderio ardet nulla iam que in mūdo sunt ꝯcupiscit nec aliquā vite pñtis ꝯsolationem recipit sed ad illum solum quem diligat suspirat donec inueniat. ac ī eius amore requiescat qz anima que diligit deum in solo deo quietem habet. De hoc gregorius. super ezechielem exponens illud. Thalamū vno calamo longū sic dicit in thalamo quippe sponsus ⁊ sponsa federant. sibiqꝫ in amore coniunguntur. Quid ergo sunt in sancta ecclesia thalami nisi eoꝝ corda. in quibus anima sponso inuisibili iungit vt eius desiderio ardeat. nulla iaz que in mūdo sunt concupiscat presentis vite longitudinem. penam deputet. exire festinet. ⁊ amoris amplexu in celestis sponsi visione requiescere. Mens itaqꝫ que iam talis est. nullam presentis vite consolationem recipit. sed ad illum quē di-

ligit medullitus suspirat. feruet. anxiat. anxiaf vilis ei sit salus ipsa sui cor poris q̄ transfixa est vulnere amoris. Unde in canti. cañ. dr. vulnerata caritate ego sum. mala aūt salus ē cordis que dolorē huius vulneris nescit. Cū vero anxiare iam in celesti desiderio. ꝛ sentire vulnus amoris ceperit. fit aīma salubrior ex vulnere q̄ prius egrotabat ex salute. hec gre. ℟ Et notandū q̄ pius ꝛ misericors dñs vt dr hugo desiderium hoīm deuotoꝝ puocat ꝛ irritat vt augeat. qñ amorem suum in nobis excitat sed fugiendo vt sequamur inflāmat. Tale em̄ est cor hominis vt si qđ diligit adipisci non valeat āpliori desiderio inardescat. Sic in canti. can. sponsus venit stat post parietem. ꝓspicit p̄ fenestras vt quasi lateat ꝛ non lateat. mittit manū suam p̄ foramen. tangit sponsam voce tenui vocat eam ꝛ dr veni. illa vt audit sponsū adesse surgit. mox festinat. aperit. brachia ad amplexandū parat. liquescit anima eius. feruent p̄cordia eius exultat. gaudet ꝛ tripudiat. Sed ille cuz teneri putaf declinat. subitoq̄ quasi ō medijs elapsus āplexibꝫ fugit. Quid est hoc dū non querif inuenif. dum nō vocaf venit. dum aūt querif declinat ꝛ dū vocaf fugit. Si nō diligit quare venit. aut si diligit quare fugit. Diligit aūt ꝛ ideo venit. sed q̄r tunc nō diligit ꝛ ido fugit. hic nō diligit. i. in hoc mūdo in hoc exilio. sed vocat nos ad terrā suā q̄r talis amor non decet patriā istā Jocundus amor amenū querit locuz. hec hugo. Unde deuota aīa q̄uis nōdum videat spēm sponsi sui. i. xp̄i. cuz ab ipsius amore nō recedit. sz in eius desiderium semp̄ anxiat ꝛ gemit. ꝛ p̄ ꝓsequens ꝓpter dilectionem quam ad illum habet. ab omni amore alieno se subtrahit. De hoc beatus grego. super canti. exponens illa verba. pulcre sunt gene tue vt turturis sic ait. Turtur post q̄ parem amiserit suum. nunq̄ alteri se iungit sed semper solitarie habitās in gemitu perseverat. quia quem diligebat non inueniens querit. sic aīma sancta dum a sponso absens ē. ab eius amore non recedit. in eius desideriuz semp̄ anxiat ꝛ gemit. ꝛ dū illū quem valde diligit non inuenit. ab oī amore alieno se retrahit. ꝛ quasi in genarum verecundia castitatem cordis ipso habitu ꝛ actu exteriori ostendit. hec gre. Ex his ꝛbis colligere possum? q̄ pia ꝛ deuota corda cū xp̄m sponsum suuz in suis animabꝫ per sanctū ꝛ dulcem amorē adesse sentiūt. de eius presentia valde iocundanf. ac in eius desideriū perfruidū affectum trahunf ꝛ in ipo summe delectanf. Cum vero suam presentiam per subtractōnem gratie ꝛ pij sui amoris ab ipsa aīa abstulerit. ipsa quidem volenter hoc sustinens fidē tñ quam erga suum sponsum habet nō derelinquit sed omnem diligentiā adhibet quomō se illi qui absens esse videf immaculatam ꝓseruet. ꝛ ideo suuz affectum ab omni terreno alieno ꝛ inordinato amore retrahit. non solum peccata mortalia. sed etiam venialia in q̄ntum possibilitas admittit virando ꝛ illis resistendo. vt suo sponso dilecto ac domino q̄uis per gratiam absenti placere valeat. ꝛ cum ipso post hanc vitā gaudium eternum possidere. quia talibus sic fidem erga dominum suum seruantibꝫ ꝓmittitur ꝛ debef vita eterna Unde per Thobiam. v. dicitur. Filij sanctorum sumus ꝛ vitam illam expectamus quaz deus daturus est his qui fidem suam nunq̄ mutant ab eo. ℣ Ubi etiam cōsiderandum q̄ q̄uis anima in presenti vita ꝓspicere nō valeat. tamen pius dominus deuotū cor

ꝓsolari etiam in hac ꝑegrinatione nō obmittit. ipe namq; affectū sui amoris ꝑ grām sanctiſpūs aīe imꝓimit. ꝑ quē ipm deū spūaliter deosculat. ⁊ in de multipliciter ꝓsolat. nā vt dr būs greg. sup cañ. tociens aīa deo deoscula quotiens in amore ꝓpungitur. hec gre. Sed magni supza modū amoris iudicium osculū est. ℣ Quid aūt sit hoc osculū. qz spūalis est gratia nō faciliter innotescit nisi viris spūalibꝫ ⁊ in amore dei flagrantibꝫ qđ melius impzessum cozdi q̄z verbis expzessum cognoscit. Est etiā manna absconditum ⁊ nisi gustantibꝫ penitus ignotum De hoc spūali osculo beatus bern. ita dr. Ego arbitroz neminem facile scire quid sit osculū. nisi q̄ accipit. Est quippe manna absconditū ⁊ solus qui edit adhuc esurit fons signatus cui nō cōicat alienus. sed solus qui bibit adhuc sitiet ⁊ non est cuiuslibet hoīs ſz si quis ex oze xp̄i semel accepit habet ꝓprium experimentū qđ ꝑfecto sollicitat ⁊ cogit amplius ad petendū hoc osculū sola ⁊ rara ꝑfectio expit Oportet em̄ vt sponsa xp̄i p̄sumat hoc osculū petere amore caste sancte ardēter ipm sponsuz Caste vt ipm solū non alium amet. petat. ⁊ querat. sancte. qz non in ꝓcupīa carnis sed in puritate spiritus. Ardenter vt ita amore sponsi inebziet q̄ manifestatē non cogitet. nā si cogitaret nō p̄sumeret hoc osculum petere velut ab equali. quis em̄ p̄sumet vt ab eo qui respicit terram ⁊ facit eā tremere peterz osculū. Hoc aūt osculū nihil aliud eē credimus nisi spm̄ sanctū ad ꝓsolationem aīe sancte missum. Sicut em̄ spiramen osculum se permiscet. vt vnus anlxelitus iudicet. sic spiritus sanctus nostro spiritui immissus fit vnus spiritus cum eo. Sed quid anima humana retribuet domino ꝓ tanto beneficio sibi a domino impenso videlicet vt vocaret sponsa xp̄i ⁊ esset illius inquā sponsa cuius pulcritudinez sol ⁊ luna mirant O felix sponsa que tali ꝓiugio efficit digna. De ista etiam tam magna dignatione ⁊ pietate quā christus exhibet feruenti ac deuote anime Beatus bern sic dr. O anima humana quā tibi inestimabilis gloria vt sponsa esse merearis illius. in quem desiderāt angeli prospicere. vnde tibi hoc vt sit tus sponsus cuius pulcritudinem sol ⁊ luna mirant. ad cuius nutum vmiuersa mutant. quid retribues domino ꝓ omnibꝫ que retribuit tibi. vt socia sis mense eterne. socia teniq; thalami vt introducat te rex in cubiculum suum. Si te viderit ad amorem suum xp̄us sponsus tuus marcescere ⁊ pallescere. impatienti desiderio accelerabit ad te copule diuine se offert. oscula prebebit iunget amplexus. O leram diem tali um nuptiarum. o felix sponsa tali ꝓiugio digna. hec bern. ℣ Et dicit idem nō sunt inuenta etiam dulciaver ba quibꝫ verbis. s. christi anime q̄z vulces adinuicem exprimuntur affectus. quemadmodum sponsus ⁊ sponsa quibus quippe omnia ꝓmunia sunt ꝓprium nil a se diuisum habentibꝫ. vna vtriusq; hereditas. vna domus. vna mensa. vnus thorus. vna corona ⁊ fm aplm deo adherens anima vnus spūs est. hec bern. Post talem vero tanq; felicem ꝓiunctionem inter xp̄m ⁊ animaz fiunt inter eos quedam colloquia spiritualia per que sibi mutuo innotescūt De quo beatus bern. sic dr Attende spiritum loqui ⁊ ideo spūaliter oportere intelligere que loquunt Quotiens audis vel legis sponsum vel sponsam deuz ⁊ animam colloqui pariter. noli ymaginari tibi quasi corporeas increpationes. nec corpeas colloquentiū ap

parere ymagines. ſz audi quid tibi in hmõi ſit intelligendũ. Spũs eſt deus ſpũs eſt aĩa. ⁊ hñt linguas ſuas ſpũales quib⁹ ſe alterutꝝ alloquunt. pñteſ ꝙ indicent. Lingua ſponſi eſt fauor dignationis eius. Anime vero lingua eſt feruor deuotionis. ⁊ elinguis eſt oĩs anima que non hz hanc linguã ⁊ non poteſt eſſe eius ſermocinatio cuz ſponſo. Cum vero ſponſus linguam ſuã mouet loquens anime. non poteſt aĩa non ſentire. Rurſum cum aĩa linguã ſuaz mouet ſponſuz multominus latere poterit. non ſolũ q⁹ vbiꝙ pñs eſt. ſed ꝓpter hoc magis miſi q⁹ ipſo ſtimulãte lingua anime ad loquendũ mimime moueret. Itaꝙ locutio ſponſi infuſio dñi eſt. rñſio aũt anime eum grãrum actõe admiratio eſt. hec berñ. Poſt talia eti am colloquia tria ſuauia. inter xpm ⁊ aiaĩ ſequit nonnunꝙ canticũ amoris. quod non per ſtrepitũ oris. ſed potius fit per iubilũ cordis. De quo cantico idem beatus berñ. ſic ait. Canticũ amoris ſola vnctõ docet. ſola addiſcit experientia. experti recognoſcunt. inexperti inardeſcunt. Non eſt eñ ſtrepitus oris ſed iubilus cordis. nõ ſonus labioꝝ. ſed motus gaudioꝝ voluntatũ Non vocum ꝛſonantia. ſolus qui cantat ⁊ qui cantaꝛ audiũt ſponſus ⁊ ſponſa xps ⁊ anima. hec berñ. Non ſolũ autem virtus caritatis efficit aĩam ſponſam xpi. ſed etiam templum ⁊ hĩtaculum dei viui qui in anima b⁹ deuotis ⁊ in caritate ipſius feruentib⁹ libẽter inhabitare dignaꝛ. ❧ Unde notãdum ſm ꝙ vt hugo de ſancto victo. in lib. de archa noe. ꝙ domus dei ſiue habitaculũ eſt totus mundus. domus dei eccleſia catholica ⁊ quelibet fidelis anima. Sed aliter mundũ inhĩtat. aliter eccĩam. aliter fidelem aiaĩ. In mũdo eſt vt imꝑator in regno. in eccĩa eſt vt paterfamilias in domo. in aĩa eſt vt ſponſus in thalamo. Fideles quippe in domo eius ſunt. ⁊ verius dicaz ipſi domus eius ſunt. q⁹ eos per dilectionem inhabitans poſſidet ⁊ regit. Si aũt in domo eius fueris per caritatem beatus eris ⁊ es. q⁹ non ſolum tu in domo dei. ſed tu domus dei eſſe cepiſti. vt ipe tecum habitet in te qui fecit te. ibi pacem inuenies ⁊ requiem vbi ille habitare dignaꝛ cuius locus ĩ pace factus eſt. Prepemus ei locuz in nobis ipe enim libenter ad nos veniet. qui id circo nos fecit vt in nobis habitet

❧ Duob⁹ aũt modis deus coꝛ humanũ inhabitat. per cognitõem videlicet ⁊ amoꝛẽ. vna tñ manſio eſt. quia ⁊ omnis qui nouit eũ diligit. ⁊ nemo diligere poteſt qui eum non nouit. Et ideo ſi deũ amare cupimus primo cognoſcere ſatagamus. precipue cuz ipe talis ſit qui nequeat ſciri ⁊ non amari tanta eñ eſt ſpecies pulcritudis eius qui poteſt eũ videre non poſſit eum nõ diligere. hec hugo. ❧ Templuz ergo dei ſunt ſancti homines per fidez ⁊ dilectõem ambulantes. Unde beatus auguſti. In templo ſuo habitat deus. ſcz in ſanctis ſuis qui ſunt templũ dei modo ſm fidem ambulantes. ⁊ tẽplum dei erunt aliqñ etiam ſm ſpeciẽ qualiter etiam nunc templuz dei ſunt angeli. Sed dicit aliquis. anteꝙ faceret celum ⁊ terrã ⁊ ſanctos vbi habitabat. Rñſio. in ſe habitabat. apud ſe habitat ⁊ apõ ſe eſt. Non ergo ſic ſunt ſancti domus dei vt ipſa ſubſtantia deus cadat. imo ſic hĩtat deus in ſanctis vt ſi ipſe diſceſſerit cadant. Et notãdum ꝙ deus vbiꝙ ⁊ in omnibus creaturis eſſentialiter. preſentialiter ⁊ potentialiter eſt. In ſanctis vero etiam habitat in quibus .ſ. eſt per gratiam. non enim vbicunꝙ eſt inhabitat. vbi

vero inhabitat. in solis hominibo bonis. qui sunt tēplum eius ⁊ sedes eius Vñ ysaiaz dñs dr. Celū mihi sedes terra aūt scabellū pedū meoꝝ. qz in electis qui sunt celū habitat deus ⁊ regnat qui eius volūtati deuoti obtēpant Malos vo qui in terra sunt districtōe calcat. Vñ etiā in libro sapie dr. Tronus sapie aīa iusti. qz ī sanctis spāliter est q̄ in alīs reb. in q̄b tñ oīb est totus quēadmodū aīa per oēs ptes corporis tota adest simul. nec minor in minoribo. nec maioribo maior est. sed in alīs intēsius in alīs remissius operatur. cū in singulis ptes corpis essentialiter sit. ita ⁊ dr cū sit in oīb essentialiter ac totus in illis. tñ plenius esse dr in illis quos inhabitat. i. in quibo ita est vt faciat eos templum suū. ⁊ hi tales cū eo sunt iā ex pte sz in beatitudine pfecte erūt Malivo ⁊ si ibi sint vbi ipse est q̄ nusq̄ deest. non tñ sunt cū eo De hoc beatus aug. sup iohānē sic dr Non satis fuit dicere vbi ego sum ⁊ illi sint. sed addidit mecuz qm̄ ⁊ miseri possunt esse vbi ⁊ ille ē. qui nusq̄ deest. sed beati sunt cum illo. qz non sunt beati nisi ex eo. q̄ cum illo sunt. qz fruūtur eo. videt em̄ illū sicuti est Fatēdum ē igitur vbiq̄ esse deuz per deitatis presentiā. sed nō vbiq̄ per inhabitatōis gratiaz. ꝓpter hanc inhabitationē gē nō dicimus pater noster qui es vbiq̄ cum ⁊ hoc verū sit. sed qui es in celis id est in sanctis. in quibo est quodā excellentiori modo R Dicit etiam de hoc quedam glosa sic. p caritatē nam q̄ tota trinitas inhabitat mētes iustorum. sicut amans habitat in amato ⁊ econuerso. qz caritas est quedam participatio nature diuine in nobis ꝓpter qō dicit Qui manet in caritate in deo manet ⁊ deus in eo. Sic aūt non est in pctōribo. licet sit in eis p essentiā presentiam ⁊ potentiam. p quem modum est in ceteris creaturis. hec glo. S Debemus ergo deo parare locū in cordibus nostris pervite puritatem. Ad quod hortat beatus augusti. sic dicens Cum igit xp̄us sedeat in corde quid potest iubere nisi bona. cū possidet diabolus quid potest iubere nisi mala In tuo aūt arbitrio te esse deus voluit. cui paretes locū deo an diabolo. cui paraueris ille possidebit. ille imperabit. hec aug. Oportet igitur animam que desiderat christum in suum domicilium suscipere a voluptatibus carnis cupiditate ac odio atq̄ a ceteris vitīs abstinere. ⁊ se virtutibo ⁊ caritate mācipare. qz q̄to maior caritas fuerit in anima. tāto spetiosius habitaculū ⁊ magis ornatum exhibebit factori suo in seipsa De hoc beatus bernā. super cañ. sic ait O quanta illi anime beate latitudo. O quanta ⁊ nutorum prerogantia. que diuinam in se presentiam ⁊ digna inuenīt susscipere ⁊ sufficientes capere. Quid illa cui ⁊ supperunt spacia deambulatoria ad opus quidē tante maiestatis Non est ꝓfecto intricata forensibo causis curisq̄ secularibo. nec certe ventri ⁊ luxurie dedita. sed nec curiosa spectādi seu cupida omnino dominandi vel etiam tumida dñata Oportet namq̄ primo his omnibo vacuā esse aīam vt celum fiat ⁊ habitatio dei. alioquin quō poterit vacare ⁊ videre qm̄ ipse est deus sz ⁊ odio ⁊ inuidie aut rancori minime prorsus indulgendum. qm̄ in maliuolam animam non introibit sapientia. Demq̄ necesse est eam crescere ac dilatari vt sit capax dei pro ro latitudo eius dilectio eius. sicut ait paulus Dilatamini in caritate. nā ⁊ hi aīa minime cū sit spūs corpeam recipit quātitatē. tñ confert illi gra quod negatum est a natura. Crescit quidē ⁊ extendit. sed

spualiter crescit.non in substantia sed in virtute crescit ⁊ in gloria.crescit etiam in templum sanctū dño. Ergo ꝙn tas cuiuscunq; aīe estimaf de mensura caritatis quā habet.vt verbi gratia que multū hz caritatis magna est.que paꝛ pua.que vero nihil nihil est.dicente apło.si caritatez non habuero nihil sum.hec verū. Edificemus ergo tēplū scūm dño in animabꝰ nostris.qz ipsa sola est capax illius. Unde ot bea.ber. Non capit deū nisi ymago sua. anima illius capax est que nimiꝝ ad imaginē eius creata est. ꝓpter qđ toto desiderio ⁊ digna cum gratumactione studeamus ⁊ templū edificare in nobis.hec Be. Hoc vero templū qđ anima ē maxime edificari oꝑtet p caritatis virtutē. De hoc beatus aug.in li.de verbis apostoli sic ot. Sumus templū dei sic ait apostolus. ꝓpter qđ dicit. Inhabitabo in illis ⁊ deambulabo. Deambulat aūt in nobis pūtia maiestatis si latitudinē inuenerit caritatis. Unū idez apłs ait. Dilaramini.si dilatemur deambulat in nobis deus.sed vt dilatemur operef ipse deus.videliz qz deus sibi in nobis latitudinē facit.dicente apło Caritas dei diffusa est in coꝛdibꝰ nostris per spūm sanctū qui datus est nobis.ꝓpter hanc latitudinē in aīma in nobis deābulat deus.hec augu. Debemus ergo amare deū vt illi templū ⁊ locū aptū in nobis pꝛepare valeam⁹. Unde idem sup ps.sic ait. Hospitari apud te deus vult. fac illi locum.noli amare teipm.illum ama.⁊ sic facis illi locū.si te amaueris ꝓtra illum claudis.si illū amaueris aperis illi.si aūtē aperieris ⁊ intraueris non peries.sed inuenieris cū amante hec augustinus Si quis cupit etiā videre deū.caritatem habeat ⁊ ꝙscīam suam intendat ⁊ ibi videt deū. Hoc itez restaf idez sup ps.sic dicens Si amamus videmus deū vbi est deus. Interroga iohannē. deus inquit caritas est.quisquis hz caritatē.vt quid illū mittimus longe vt videat deum. ꝙscīam suam attendat ⁊ ibi deum videt. Si caritas ibi non habitat.non habitat ibi deus. si aūt caritas ibi habitat habitat ibi deus Sult illum fortevidere sedentē in celo.habeat caritatem ⁊ in illo habitat sicut in celo.hec aug. Et ꝑm eundez.Caritas est via dei ad hoīes. ⁊ via hoīm ad deū Per caritatē namq; venit deus ad hoīnes.venit in homines.factus ē homo per caritatez. deum diligunt homines ad deū currunt.ad deum veniunt. Hec aug. Quicunq; ergo vt ot hugo in li. iiij.de archa noe.qui habet caritatem iam non est alienus a deo. sed ipse in deo ⁊ deus in eo manet.sic familiaris est deo caritas vt ipse mansionem habere nolit vbi caritas non est. Si ergo caritas tecum est venit deus ad te ⁊ manet apud te.si tu recedis a caritate.recedit ⁊ ipse a te.si tu caritatē nunq; habuisti nunq; venit deus ad te nec mānsit apud te. Si caritatē ceptā deseruisti. recessit ds a te.si in caritate cepta mānsisti deus tecū est ⁊ permanet apud te. hec hugo. Et notandum ꝙ non solum spūssanctus habitat in aīa. sed etiā p ipsam in coꝛpoꝛe.vt ⁊ coꝛpa nostra tēplum sint sancti spūs quem habemus a deo. Qđ affirmat beatus aug.ita dicens. Uita coꝛpoꝛis anima est. vita aīme deus est. Spūs domini habitat in anima ⁊ per animā in coꝛpoꝛe.vt ⁊ coꝛpoꝛa nostra templum sint sancti spūs quem habemus a deo. venit enim spiritus ad animam nostram.quia caritas diffusa est in coꝛdibus nostris per spiritum sanctum qui datus est nobis.⁊ totum possidet qui pꝛincipalem ꝑtem tenet. Tenens deus qđ melius est.id ē

cor tuum.mentem.aiam tuaz.pfecto ptem meliorem possidet ⁊ inferiorem qđ est corpus tuū.hec aug. ¶ Scien dū etiā qp aiam humanā nulla res im plere pt pter solū deū cū aūt illū habu erit plenū est desideriū eius.qr cū dr sit summū ⁊ omne bonū non habet aia qđ amplius desideret.si possidet omne bonū.implet aūt deus eos visitādo p grām suam .qui nihil aliud desiderāt pter ipm. De hoc beatus aug.in libro soliloquiop sic ait. Quādū cenaculū decet te deus. qui nunqz nisi a mūdis cordibo videri potes multomagis nec haberi Quos aūt pdestinasti ipos ⁊ vo casti mūdasti ⁊ sanctificasti.vt dignuz habitaculū sit tue maiestati. cū quibo ⁊ in quibo tu delectaris ⁊ lerificas in uentutē eop.habitans cū eis ⁊ in me dio.i.in memoria ⁊ cogitatione corū. aia em nostra ita capax facta est maie statis tue.qp a te solo ⁊ a nullo alio pos sit impleri.cū aūt hz te plenuz est desi deriū eius.⁊ iā nil aliud qđ desiderat exterius restat.duz aūt aliud exterius desiderat manifestū est qp te non habet interius.quo habito nihil est vltra qđ desiderat.cū em sis summū ⁊ oē bonū nō habet qđ desiderat amplius.si pos sidet oē bonū. imples aūt eos qui ni hil aliud desiderāt pter te.⁊ facis eos dignos te sanctos.beatos. immacula tos ⁊ amicos dei qui oīa reputant vt stercora vt lucrifaciāt te solū.hec est be atitudo quā hoī ꝺtulisti.hic honor quo eū inter oēs creaturas honorasti Ecce dñe deus meus inueni locuz vbi habi tas.qr in aīa quā creasti ad similitudi nem tuā.que te solum querit ⁊ deside rat. Ego erraui sicut ouis q̄ perīt que rens exterius te qui es interius.⁊ la borauī multuz querens extra me.⁊ tu habitas in me. si tū desidero te hec au gusti. Hunc etiam excellentissimū ho spitem.idem beatus augu.aduenire in cor suum desiderabat.cum sic diceret. Quis mihi det.vt venias in cor meum dñe ⁊ inebries illud.vt obliviscar ma la mea.⁊ vnū bonum meū amplectar te deus meus.fecisti em nos ⁊ inquie tū est cor nostrū donec requiescat in te. hec aug. Qui vero ꝑm beatum ambro. xpm recipit in cordis domicilio. ma ximis delectationibo exuberantiū pas cit voluptatū .⁊ dominus libenter ibi ingredit ⁊ in ei? recumbit affectu.hec ambro. Felix ergo aīa vt ꝺr beatus ber nar.que quotidie cor suum mūdat.vt inhabitantem deū suscipiat O q̄z bea ta aīa apud quā deus requiem inuenit quia dicere potest Qui creauit me re quieuit in tabernaculo meo Negare ei siquidem celi requiem nō poterit. que sibi in hac vita requiem in mente pre parauit. O anima deus tuum deside rat hospitium.ruuz cenaculum plusq̄z celeste palatiū apperit ⁊ eroptat. Deli cie em sue sunt esse cum filiis hominū Hec bernar. Ihs ꝺr beatus augustinus O felix anima gaude qp potes esse tan ti hospitis hospita. Si ergo cum deo celestem gloriaz possidere queris ⁊ de sideras. tunc vt ait beatus bernā. Pur ga cor vt ipse dominus illuminet.vt quem inuocas inter esto domus eius ⁊ erit domus tua habitet in te ⁊ habi tabis in eo.si eum in hoc seculo excepe ris in corde tuo.ille post hoc seculū ex cipiet te in vultu suo. hec augu. Dicit etiam de hoc petrus damas. Qui possi dere cū deo padisi ianuam querimus necesse est.vt hic ei nosipos prius ha biraculū pbeamus.quatenus dum ipe in nobis habitat ⁊ nos in eo.sic studea amus non ignobilis octi sed laborioſe quietis sabbatum colere.vt ex hoc me reamur in die dominicuz.qui nullo clau dit fine trāsire. hec pe.da. Ecce q̄z feu

ctuosum est ipsum dñm in cordis hos/pitium in pñti vita suscipe. qz ipse vi/ceversa post exitū huius peregrinatio/nis suscipiet talem aiam in suaz eter/nam mansionem.

Filius:

Uellem etiā scire de gradib cari/tatis. Et qui gradus sint porcio/nes ⁊ magis validi ad perducendum ad amorem violentum inducentez ad languorem spūalem.

Ca. XIII. Pater U

Sire dēs scdm ꝙ dr thomas de aquino ꝙ di/uersi sunt gradus caritatis ſm diuer/sa studia. ad que homo pducit̄ per cari/tatis augmentū. nam prius incumbit hoi studium principale ad recedendū a peccato ⁊ resistendum ꝯcupiscentijs eius que in ꝯtrarium caritatis mouēt ⁊ hoc pertinet ad incipientes in quibus caritas est nutriēda vel fouēda ne cor/rumpat̄. Secundū studium succedit. vt principaliter intendat ad hoc vt in bono pficiat. ⁊ hoc studiū pertinet ad p/ficientes qui ad hoc principaliter intē/dunt vt in eis caritas per augmentum roboret̄. Tercium aūt studium est. vt homo ad hoc principaliter intrēdat. vt deo inhereat ⁊ eo fruat̄. ⁊ hoc pertinet ad perfectos qui cupiunt dissolui ⁊ eē cum xpō. hec thomas X Ubi no/tandū ꝙ quanto perfectior est vita in hoīe. tanto amor est vehemencior ⁊ fer/uentior in corde ipsius ad diligendū solum deū super omnia. Iste vero amor vehemens ⁊ feruens sex hz gradus ex/ꝓcedentes. Primus gradus est a/mor incompabilis. ⁊ iste est ꝯmunis omniū electoꝝ. Secundus gradus est amor inconcaminabilis. ⁊ iste est mū/di cōtēptoꝝ ⁊ religiosoꝝ. Tercius gra/dus est amor infatigabilis. ⁊ iste est in/giter pficientium ⁊ xpi ꝓfessoꝝ. Quar/tus est amor inſepabilis. ⁊ iste est san/ctoꝝ ꝯtemplatiuoꝝ. Quintus est amor insupabilis ⁊ iste ē xpi martiꝝ siue vi/ctoꝝ. Sextus est amor insatiabilis ⁊ iste est ingiter desiderantiū ⁊ solitario/rum. His sex gradib decursis sequit̄ amor violentus inducens languorem. Primus ergo ⁊ infimus gradus amo/ris incompabilis qui est ꝯmunis oīb electis tante est virtutis vt oīe pecca/tum mortale ab aīa expellat ⁊ deū sup omnē creaturā diligere faciat. Et hic gradus est necessitatis. vt oñdit dñs in euange. Matth. vbi sic dr. Qui dili/git patrem aut matrē plus q̄ me non est me dignus. ergo super oīa diligen/dus est deus. Unde anſel. dr ꝙ creatu/ra rōnalis nihil diligere debet nisi sum/mam essentiā. Alia aūt ꝓpter istā. Rō istius est. qz in quo summa diligibili/tas summe illud dz diligi. sz hec est in deo. ergo summe dz diligi dr. Scds gradus amoris caritatiui est amor in/contaminabilis. ⁊ hic est mundi cōtēp/toꝝ. qui tante virtutis est vt hoīem a mūdana ꝯuersatōe abstrahat ne mēs polluat̄ ⁊ caritas ab operatōne sua im/pediat̄. Unde iohannes in sua prima canonica dicit. Si quis diligit mun/dum non est caritas patris in eo. quo/niam omne qđ in mūdo est aut est co/cupiscentia carnis. aut cōcupiscentia oculoꝝ. aut superbia vite. Sed huius/modi ꝯcupiscentie mentem per ꝯsen/sum prauum non superant que veraci/ter deum amant. Unde dicit bt̄us gre/go. Ille deū vere amat. cuius mentem prauа delectatio ex ꝯsensu nō superat. nā tanto quisq; a supno amore disiun/gif̄ q̄nto in infimis delectat̄. hec greg. Ex ratio istius est. qz ignis amoris dei separat omne inconueniens amanti ab amante. Tercius gradus caritatiui

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

amoris est amor infatigabilis. ⁊ ille est iugiter ꝓficientiū ⁊ xpi ꝓfessoꝝ. qui tante est virtutis. vt ⁊ aiam non sinat quiescere. donec inueniat quez diligit Unde in can. dr. In lectulo meo p noctem quesiui Quod exponens origen. dr Querendus es dñe cuz frequentia laboris non in lecto. in lumine veritatis non p noctes. cū feruore caritatis abiecta superstitione naturalis suppstitionis. Solus em amor te inuenit. qd qui te amat te inuenit. habet vt amet. amat vt habeat. ne te ineternū perdat. Quartus amoris caritatiui gradus ē amor insepabilis. ⁊ hic est assidue cō templantium. Et hic gradus tante virtutis est. vt ꝓtinuis stimulis agiter mē tem ꝓtemplatiuam ad apprehendendū dilectū donec tandē dicat Inuenī quē diligit aīa mea. tenui eum nec dimittam. Unde dr beatus bern. Quis non teneat te domine ihesu. qui tenentē spe fortificas. perfectionem decoras. pseuerantia ꝓducis. remuneratione pduc cis. Et non dimittam te nisi benedixeris mihi. nunqz dimittam te. q2 nō benedicis nisi tenētem te. hec bern. Istū gradum videt habuisse apls cū dr ad roma. viij. Quis nos sepabit a caritate xpi. Quintus gradus amoris caritatiui est amor insupabilis. ⁊ hic ē martirum in aduersitate non cadentium. qui est tante virtutis ⁊ fortitudinis vt dr augu. in libro de moribz eccie. q̄ nihil tam durum tam ferreū. quod non amoris igne vincatur. Et ideo beatus augu. alibi dr. Nihil amantibz durum est Nullus labor difficilis. quia qui amat non laborat Amemus igit ⁊ nos cristuz ⁊ facile videbit omne difficile Ratio huius est. q2 ſm eundē beatum aug. nullo modo onerosi sunt labores amantiū. sed ipi delectant sicut venantium. aucupantiū. piscantiū. labores.

In eo em q̄ amat aut nō laborat. aut labor amat. amor autē reddit minus sensibilem Sextus gradus amoris caritatiui est amor insatiabilis ⁊ hmōi est iugiter desiderantiū ⁊ solitariorum ⁊ tāte fortitudinis est. vt nihil sibi sufficiat ꝓter vnū solū qd amat. ⁊ idipm semp amplius in hac vita sitit ⁊ desiderat. Et rō huius est. q2 vt dr richar. de sancto victore Caritas ista semp inuenit. qd adhuc ꝓcupiscere possit. quia quicquid fiat desiderium ardentis aīe non satiat. Sitit ⁊ bibit. bibendo tñ sitim suam nō extinguit. sz quo amplius bibit. eo amplius sitit. auida enim imo insatiabilis aīe sitis vel esuries non sedat sed irritat Quid queso illo amore molestius ⁊ acerbius cuz sitim suā non resistendo temperare nec inebriando extinguere possit. hec richar. Ecce qūo gradus iste caritatis iam se extendit ad quandā violentiā amoris

De amore violento ex nimio caritatis feruore causato cuius quatuor sunt gradus.

Ca. .XIIII.

QBtis nāqz secquitur amor violentus qui ortum habet ex nimio feruore caritatis dei. q̄ cor penetrat atqz transfigit. hic vero amor viz violētus. iiij. gradus habet. Amor namqz violentus primo cor seu aiam huīm deuotoꝝ vulnerat. secdo ligat. tercio languidum facit. quarto defectum inducit. De his gradibz violenti amoris. loquens richar. in tractatu de caritate circa principium sic dr Magna vis dilectōis. magna virtus caritatis multi gradus i ea ⁊ in illis magna differentia. Supra hos tñ oēs gradus dilectōis est amor ille ardens ⁊ feruens qui cor penetrat ⁊ medullitus transfi-

git. vt veraciter dicat. vulnerata caritate ego sum. Cogitemus ergo que sit supeminẽtia caritatis xpi que dilecti onẽ parentũ vincit. siue carnis affectũ transcendit. vel etiaz extinguit. insup aiam suam in sui odium vertit. O violentia dilectionis. o excellentia ⁊ sup eminentia caritatis xpi. hec est de qua loqui volumus Attendo nãqz ad opera violẽte caritatis ⁊ inuenio qꝫ caritas vulnerat. caritas ligat. caritas langui dũ facit. caritas defectũ induc. Quid hoꝫ non violentũ. quid hoꝫ non valiđ. Primus ergo gradus violẽtie est qñ mens desiderio suo resistere nõvalet quin vulneret. nonne tibi corde pcussus videt qñ igneus ille amoris aculeus mentem hoĩs medullitus penetrat. affectũqz transuerberat. intra nuz vt desideriũ sui estũ cohibere oĩno non valeat. desiderio ardet. affectu feruet. estuat. anhelat. pfunde ingemiscens. ⁊ longa suspiria trahens vt dicat. vulnerata caritate ego sum. hec rich.

B Et notandũ fm dictũ orige. supcant. qꝫ anima amore celesti agitat. cũ perspecta pulcritudine. ⁊ decore verbi dei spẽm eius adamauerit ⁊ ex ipso telum qdam ⁊ vulnus accepit amoris. Est enim verbũ hoc ymago ⁊ splendor dei inuisibilis primogenitus oĩs creature. in quo creata sunt que ĩ celo sunt ⁊ que in terris siue visibilia siue inuisibilia. Igit si quis potuerit capaci mẽte tinere ⁊ pfiderare horũ omniũ que in ipso sunt creata decus ⁊ speciem. ipsaꝫ rei venustate pcussus ⁊ splẽdoris magnificentia seu iaculo vt ait prophẽta electus hirrebintus salutare ab ipso vulnus accipiet. ⁊ beato igne amoris eius ardebit Si quis amore dei aduerserit ⁊ iaculis eius dulce vulnus accepperit. ⁊ eius amabili pfixus fuerit telo itaꝫ ad dei desideriꝫ nocturnis diurnisqz suspiriꝫ aliud quid loqui nõ possit audire. aliud nolit cogitare. aliud nesciat desiderare preter ipm. aut cupe aliud vel spare non libeat. istius aia merito dicere põt. vulnerata caritate ego sum. qz ab illo vulnus accepit. de quo ysa. Posuit me iaculũ electũ. Tali vulnere decet deũ percutere aias. talibꝫ telis iaculisqz pfigere. ac salutaribus eas vulneribꝫ sauciare. vt qz deus caritas est dicat ⁊ ipse. qz vulnerata caritate ego sum. hec orige. Qui ĝ amore dei sic vulneraꝫ facie sui dilecti dm spm imaginaꝫ. ⁊ ipm intrinsecus interbrachia sui cordis intima amplexaꝫ dilectõe. hic talis a pcupia sui dilecti ⁊ desiderati quiescere nõvalz. qz esus cor sagitta quadã diuini amoris dulciter vulneratũ est. De hac caritate Johannes abb. in tract. de .xxx. gradibꝫ ficatt. Caritas fm qualitatẽ est similitudo dei ingitum hoĩbus possibile est. fm vero opatõem est ebrietas aie. fm aũt pprietatẽ fons est fidei. abyssus lõganimitatis mare humilitatis C Et notandũ. qui sine timore est aut caritate non repletus aiam hz mortuã. ex perfecta tñ caritate verus ⁊ scũs timor gignit. ex sancto vero timore domini itaꝫ amor. beatus ille qui talẽ ad deũ possidet amorẽ. non em̃ mater ita lactanti puero sicut caritatis filius spo adhrere naturã hz. qm̃ qui vere diligit dilecti facie spm imaginaꝫ. ⁊ hãc in delectatione nimia intrinsecus amplexaꝫ. Hic talis nec in somnis decipi a pcupiscentia desiderati quiescere valet. sed cũ pcubitu ibidem exercitaꝫ. Ista sagitta quidã plagatus dicebat. Ego dormio ⁊ cor meum vigilat. ego dormio pter necessitatem nature cor aũt meũ vigilat pter multitudinẽ amoris. Si dilecti facies manifeste ⁊ efficaciter toros nos transmutat ⁊ hi/

taceat. vt quecunq; corrigi loquendo possunt silentium esse pfensum ptimescat. vt sic ea q̃ tacet tolerat. ne tñ in animo virus doloris occultet. vt sic malivolis manus benigmitatis exhibeat. ne tñ per grãm a iure rectitudĩs excedat. vt cuncta pximis quevꝫ impendat. sꝫ hec impendendo non timeat. vt sic in bonis que exhibet timoris precipiciuꝫ paveat. nec tñ a boni exercicio torpescat. vt sic que possidet tribuat. qualis q̃ quanta sit largitas remunerantis attendat. ne cum terrena largiẽ suã plusq̃ necesse est inopiã cogiter. q̃ in oblatione muneris claritatis lumen tristicia obscuret. Bene ergo lex dei multiplex dr. q; nimiꝫ cum vna eadẽq; sit caritas. si mente plene ceperit hãc ad innumera opera multiformiter accendit. hec greg. ¶ Notandũ etiã q̃ circa dilcõem pximi magna discretio est exhibenda. Nã nimis diligere malum est. minus etiã diligere malũ est. In cũctis ergo virtutibꝫ requirit̃ temperantia. Dis enim dilectio que nocet vitanda est. q; qui aliquid supra deuꝫ diligunt deo non sunt digni. Uñ casto amore diligendi sunt pximi. q̃ hoc in deo. nã inordinatus amor q̃ carnalis non est caritas sed stulticia. vera ergo caritas exigit vt deuꝫ super oĩa diligamus q̃ pximos nostros sicut nosipsos in dño. De hoc beatus Hiero. sic dr. Sunt q̃ plurimi q̃ diligunt sed male Incautũ eĩ diligunt aliquẽ q̃ dilectionem dei pdunt. qui eñ aliquid supra deũ diligunt. deo nõ sunt digni ℟ In cunctis ꝓtribꝫ requirit̃ tpantia. ꝓtus spoult medium. minus diligere bonũ malum est. sed vt ius exigit diligere bonũ est. Dis dilectio que nocet vitanda est. ꝓter nimiã dilcõem aliq̃ in luxuriã ceciderũt. aliqui ad invidiam deuenerũt. Hoc quippe agit superfluus amor. vt quem diligit sp videre velit. modũ nescit. neq; aliud cogitare pt q̃ qđ diligit. Impossibile est hoĩnem qui talem hꝫ amorẽ deo posse acceptabiles orõem facere. vel placere. Hic amor non est caritas sed stulticia Dẽs nostros debemus diligere frẽs sicut nosmetipsos. ita tñ q̃ vitia nõ diligant̃. pmitte maluꝫ caritas est. plus diligere meliorem iustũ est. Vera caritas est vt deũ diligamus ex toto corde ex tota mente q̃ ex totis viribus. q̃ ita singulariter q̃ cũ deo nihil aliud diligamus q̃ pximũ nostꝝ sicut q̃ nosipos Qui sine caritate est sine deo est. q; deus est caritas q̃ caritas est dꝰ. q̃ q̃ manet in caritate in celo iã hĩtare cepit. In celo oĩm est vna caritas beatoꝝ. Ubi caritas vera est. ibi invidia nulla ẽ. ibi ambitio nulla cognoscit̃ nec murmuratio. sed nec detractio nec irrisio. Hoc scitote frẽs q; si nõ habueris caritatẽ sub dyabolica ptate estis. nec vltra obiscũ deus hĩtat q̃ qui sine deo ẽ in inferno est. hec ilxro. De ista scã caritate bea. aug. in li. pfessi. sic dr. Beatus qui amat te. q̃ amicũ in te. q̃ pximũ pter te. Solus eñ nullũ caꝫ amittit deus cui in illo cari sunt qui non amittit̃. q̃ quis est iste nisi deus noster. Deus qui fecit celum q̃ terrã q̃ implet ea. te nemo amittit nisi qui dimittit q̃ qui dimittit quo it aut quo fugit. nisi a te placido ad te iratũ. nam quo se vertet anima hoĩs ad dolores figit̃ alibi. pter q̃ in te. q̃ si figit̃ in pulcris extra te q̃ extra se. que tñ nulla essent nisi eẽnt abste Unde si placent corpa deum in illis lauda. q̃ in artifices eoꝝ retorque amorẽ. ne in his que tibi placẽt tu displiceas. Si placent ãe in deo amentur. q; q̃ ipse mutabiles sunt. q̃ in illo firme stabiliunt̃ alioquin irent q̃ pirent In illo ergo ament̃ q̃ rapꝫ ad deũ tecũ

quas potes ⁊ dic eis. hūc amemus ip
se fecit hec ⁊ nō est longe. nō em̄ fecit ⁊
abijt. sz ex illo ī illo sunt Ecce ibi ēvbi
sapit veritas. intimus cordi est deus sz
cor errauit ab eo. Redite preuaricato
res ad cor ⁊ inhere illi qui fecit vos.
Strate cū eo ⁊ stabitis. requiescite in
eo ⁊ quieti eritis Quo itis in aspa quo
itis. Bonū qđ amatis ab illo est. Sed
quantū est ad illū bonum est ⁊ suaui. sz
amoris erit iuste qđ iniuste amat̄ deser
to illo ergo cū adhesero tibi deus ex oī
pte mea nusq̄ erit mihi labor ⁊ dolor
⁊ viua erit vita mea tota plena te Nūc
aūt q̄m quē implestu subleuas eū. qm̄
tui pleni sum. non oneri mihi sum.
Sed spes mea non nisi in magna
valde mia tua est. da qđ iubes. ⁊ iube
qđ vis. impans nobis penientiam. p
penientiam quippe colligimur ⁊ redi
gimur in vnum. quo in multa defluxi
mus. minus em̄ te amat. qđ non pter
te amat. O amor qui semper ardes ⁊
nūq̄ extingueris Caritas deus meus
accende me iubes certe vt peneaz a cō
cupiscentia carnis ⁊ concupiscentia ocu
lor ⁊ ambitione seculi. da qđ iubes. ⁊
iube qđ vis. hec aug. Debet q̄ quilibet
fidelis ⁊ maxime religiosus se exerce
re in virtute hac nobilissima caritatis
deū videlicet sup oia diligēdo primū
vero in deo amando ⁊ sibi in aduersis
tam spūalibꝫ q̄ corpalibꝫ compatiendo
In psperis aūt quibuscūq̄ eidē congau
dendo. ⁊ inq̄tum facultas rer suppe
tit subueniendo. Inimicū etiam pter
deū diligēdo ⁊ si ex affectu eundē put
amicū amare non pt qđ est pfectionis
debet ab odio illius p quē offensus est
seperinere. ⁊ de gra dei ac glozia ⁊ cete
ris quę ad salutem illius ptinent. siue
sint spūalia siue corpalia put aīe eius
expedit fauere ⁊ non inuidere. vt pre
mia eterna caritatem habentibꝫ prepa
rata valeat assequi ⁊ eternaliter possi
dere. Si vero aliqui ita pauperes sunt
q̄ non possunt aliquod beneficium cor
porale impendere. sicut religiosi vel ce
teri pauperes. quibꝫ deest facultas re
rum tpalium hi tales debent habere cō
passionē ⁊ bonam voluntatē erga pri
mos. illis si possent in necessitate sub
uenient qz deo nihil offert virtus bona
voluntate. sed bona volūtas nunq̄ ple
ne pficit. nisi huius mundi cupiditas
perfecte deseraī. Unde viri sancti vt
primos possint pfecte diligere studue
runt in hoc seculo nihil amare De ista
bona volūtate ⁊ q̄lis esse debeat beatus
gre. in quadā omel. ostendit sic dicēs
Ante dei oculos nūq̄ ē vacua manus
a munere si arcba cordis plena sit bo
na voluntate nil quippe offert deo viri
us bona voluntate. Voluntas aūt bo
na est sic aduersa alterius sicut nostra
pertimescere. sic de psperitate primi
ficut de nostro pfectu gaudere. ⁊ gatu
lari Aliena damna nostra credere Ali
ena lucra nostra depictare. amicū non
pter mundū sed pter deum diligere.
Inimicū etiam amādo tolerare nulli
malū qđ pati nōvis facere. nulli qđti
bi iuste impendi desideras denegare.
necessitati primi iuxta vires succurre
re. sed pdesse etiā vltra vires velle Sz
bone volūtatis sacrificiū nūq̄ plene p
soluit. nec mundi huius cupiditas p
fecte deseriī. nos quicquid in eo con
piscimus hoc pculdubio primis inni
temur Videt em̄ qz nobis desit. qđ al
ter assequi ⁊ qz semp inuidia a bona
volūtate discordat. mox vt hec mentez
cepit illa discedit. Uñ ⁊ sancti vt pos
sent proximos pfecte diligere studue
rūt in hoc seculo nihil amare. nihil vn
q̄ appetere. hec gregorius. Et sic pa
tet de dilectione proximi. Habemus
itaq̄ nūc de gemina dilectione dei vi

delicet q primi explanatum. q ptinet secundo loco ad perfectos q2 vt patuit superius status perfectoꝝ ꝓsistit secundo loco in caritate dei q proximi dilectione.

Distinctio tercia tercij libri.

Filius.

POstquã informatus sum de caritate dei q primi. ac aliꝭ ꝯ pluribꝫ q̃ spectant scõo loco ad statum pfectoꝝ. Nunc de tercio in quo ꝓsistit seu finaliter dependet status eorundẽ perfectoꝝ cupio edoceri a te o pater.

Ca. I. Pater

SCire debes q̃ status perfectoꝝ vt supius premissum est consistit tercio loco in dei ꝓtemplatõne. in q̃ virtute quanto quisq̃ est feruentio2 tãto est perfectio2. Ad ꝓtemplationis vo dulcedinem qui puenire desiderat. necesse est vt per gradus aliaꝝ virtutum ꝓscendere studeat ac pficere. vt tã excellentẽ virtutem demũ appꝛehendere valeat ac degustare. Oportet nãq̃ vt homo p̃ sacre scripture lectõem perfectam meditatõem ac deuotam orõem necnon bonoꝝ operum exercitatõem ad ꝓtemplationis sublimitatez ꝓscendet ac pueniet ℣ De hoc hugo de sancto victore sic ait. Quatuor sunt in quibꝫ nunc exercef vita iustoꝝ. q quasi per illos gradus ad futuram perfectionẽ subleuatur. videliz. lectio. meditatio. oratio q opatio. deinde sequitur cõtemplatio. De bis quinq̃ gradibꝫ primus. id est lectio incipientium est supremus id est ꝓtemplatio perfectorum est. q de medijs quanto pluries quis ascenderit. tanto perfectior erit.

Verbi gratia. Primo lectio intelligẽtiam dat. secundo meditatio ꝓsilium prestat. tercio oratio petit. quarto operatio querit. quinto ꝓtemplatio inuenit. hec hugo. Beatus bernar. in libro de scala claustralium de hoc sic dꝫ. hec est scala claustralium qua homines de terra in celum subleuant. s. lectio. meditatio q ꝓtemplatio. Beatevite dulcedinem lectio inquirit. meditatio inuenit. oratio postulat. ꝓtemplatio degustat. Lectio quasi solidum cibuz ori apponit. meditatio masticat q frangit oratio saporẽ acquirit. ꝓtemplatio est ipsa dulcedo que iocundatur q reficit. hec bernardus. Debet ergo quilibet religiosus in studio q in lectõne scriptu re sacre se exercere. q2 dilectio diuinorum eloquioꝝ est dulcedo cordis q q̃dam spũalis refectio anime. ℣ Ad quod horat beatus augusti. sic dicens. Nutri animã tuam lectionibus diuinis. parabunt enim tibi mensam spũalem. Delectatio enim diuinoruz eloquioruz dulcedo est palato cordis. In lectionibꝫ cognoscimus quid agere debeamus. in oratione eadem recipimus que postulamus. Igitur in pre senti vita nil puto iocundius pabulo scripturaꝝ quo omnia mella superant hec augustinus Hoc similiter testatur hugo de sancto victo. sic dicens. Nihil in hac vita dulcius sentiꝫ nihil auidius sumiꝫ. nihil ita mentẽ ab amore mundi separat. nihil sic animum contra temptationes roborat. nihil ita hominẽ excitat q adiuuat ad oñe opus q ad omnem laborem sicut studiuz sacre scripture. hec hugo. Etiam beatus ihero. ad amorem sacre scripture monet cum dicit. Ama scientiam scripturarum q carnis vitia non amabis. nũq̃ de manu tua aut oculis tuis recedat lectio. fac etiam semper aliquid vt dya

bolus semper re inueniat occupatum. in desiderijs est ois ociosus. hec ilxro. Ois g̃ deuotus monachus in studio lectõis 7 orõis se exerceat. q2 cũ legit deus secũ loquit cũ vero orat ipse cum dño sermocinat. Qui g̃ vult semp esse cũ deo frequenter aut oret aut sacre lectioni intendat. De hoc sic dr yſidorus. Orationib mundamur lectionib instruimur vtrumq bonũ si liceat. si nõ liceat melius est orare q̃ legere. Qui cum deo sp vult esse frequẽter debet orare frequenter 7 legere. naz cũ oramus ipsi cũ deo loquimur cũ vero legimus deus nobiscũ loquit. Ois ꝓfectus ex lectione 7 meditatõe ꝓcedit. que em nescimus lectione discimus. que aũt didicimus meditatione seruamus geminũ ꝯfert donum lectio sanctaꝝ scripturarum. siue q2 intellectum mentis erudit. seu q2 a mundi vanitatib abstractum hoiem ad amorem dei perducit. Excitari em sepe illius sermõe substrahimur a desideriovite humane atq accẽsi i amore sapie tota vana spes mortalitatis huius euanescit nobis. q̃to amplius legendo spes eterna claruit. hec ysido. Certis itaq horis vt ait beatus berñ. lectioni vacandum est sed 7 de quotidiana lectione aliquid quotidie inuentrẽ memorie dimittendus est. qõ fidelib digerat. Et rursum reuocatus crebrius ruminet. qõ ꝓposito pueniat. qõ munitioni ꝓficiat. qõ deteneat aim. vt aliena cogitare nõ libeat. hauriendus est sepe de lectionis serie affectus. 7 formanda oro q̃ que lectionem interrumpat. nec eam impediat interrumpendo qui prior ẽ ꝯtinuo aie affectum intelligentia restituat lectionis. hec berñ. De vtilitate etiã lectionum in sacra scriptura scribit beatus gregorius. q̃. moral. sic dicens. Scriptura diuina mẽtis oculo quasi quoddam speculum opponit. vt interna nra facies in ipa videat. ibi etem feda ibi pulcra nra cognoscimus. Narrat aũt gesta sanctoꝝ vt ad imitatõem ꝓuocet corda i firmoꝝ. dũq illoꝝ victricia facta ꝯmemorat. ꝯtra virtoꝝ prelia debilia mentẽ firmat. ficq verbis illius vt eo minus mens in certamine trepidet quo añ se p̃cedentes tot viroꝝ fortiuz triũphos videt. hec greg. Nonã etiã q̃ sunt nõnulli qui mandata dei 7 sacram scripturã exquirũt 7 scrutant. non vt faciant ea q̃ legũt sz vt habeant que alijs dicãt. De talib beatus aug. sic dr Quia spũs p̃sciuit multos ꝓpter aliud q̃ ꝯstitutũ est a deo scrutari mandata vel testimonia dei. ideo p̃ p̃s dr. In toto corde exquirũt eũ Alij ei scrutant. q2 volunt magis esse docti q̃ iusti alij aũt ad hoc vt habeant que dicant nõ que faciant. quoꝝ nulli sunt beati. sed solũ illi qui toto corde. s. cũ effectu exquirunt vt custodiant 7 faciant. vñ sancti viri non gaudent quia sacram scripturam intelligunt. sed potius cuz illum per bona opera exequuntur. De hoc beatus gregorius .xxij. moral. sic ait. Non est secura letitia in diuinis paginis vel sortia vel multa cognoscere. sed cognita custodire. q̃to enim intellectus latius extendit tanto ad explenda opera emrius ligatur. Sancti etem viri minime exultant cũ cognoscunt que faciant sed cum faciunt que cognouerũt. hec gregorius Sunt etiã nonnulli vt dicit idem beatus grego. Qui ꝓpter huiusmodi scientiam inflãtur 7 extollunt. sed vera scientia affectum non extollit. nec superbientes facit quos impleuerit sed lamentantes facit qua quisq cum repletus fuerit primo loco se scire appetit. 7 iam sui consciustanto p illã robustius sapit. quãto se infirmũ ex illa verius cognoscit

atq; ad meliorem viam huius sciētie peruenerit. tanto ipsa ei humilitatis formā magis aperit. hec grego. Debet ergo quilibet religiosus in studio sacre scripture se exercere. et illa q̄ legit memorie commendare. et cū vacat a lectione mentē suā studeat occupare bōa. et fructuosa meditatōe. q; meditatō sancta que habēt de rebus spūalibus siue de eterna vita facit hoīez premnere cupīas huius seculi. et non grauari obseruātia mandatorū dei. ¶ De hac meditatōe dr beatus bernā. Felix cuius meditatio in conspectu dñi sp est. qui in corde suo delectatōes extre dñi vsq; in finē sedula cogitatōe reuoluit. Quid em̄ illi graue poterit videri qui sp mēte tractat q; non sint condigne passiones huius tpis ad futuram gloriam. Quid cupiscere poterit in seculo neq; cuius oculus spvidet bona dñi in terra viuentiū. sp videt premia eterna. hec bernā.

Et notandū q; per studiū lectionis et scē meditationis ponit mens hoīs. et efficit abilior. et deuotior ad exercēduz opus salubre orōnis. q; quāto quisq; est diligentior in sacre scripture lectōne. et pia ac fructuosa meditatōne. tanto promptiorē animum habere poterit. et expeditiorē ad fundendas pces deuote orōnis ℣ Oratio aūt sm cassiodoꝝ est pie mētis. et humilis ad deū conuersio. fide spe. et caritate submixta. Scōm vero beatū bernā. Orō est deuota cordis in deū intētio. p remouēdis malis. et adipiscēdis bonis. Dñ vnusquisq; qui sentit se in aliqua tribulatione aut temptatōe seu necītate constitutum currat ad remediū orōnis. Nam ipse dñs dicit. Petite et accipietis. quite et inuenietis. pulsate et aperiet vobis. Nisi em̄ op̄s deus dona sue gratie. et mīe petentibus se dare vellet nequaq; hortaret nos ad petendum. De hoc dr beatus augu. Non tantum hortaretur nos dñs ad petēdum nisi dare vellet. Erubescat igit pigricia nostra. nā pl? vult dare q̄ nos accipere. plus vult ille miseri q̄ nos a miseria liberari. hec aug. Oratio aūt ad hunc finē est inuēta. et ꝓstituta. vt per eam venia peccatorum obtineat. pena euadat. et gloria vite eterne obtineat. Unde cassio. super ps. de hoc dr. Oratio posita est per quam ira dñi suspendit. venia procuratur. pena refugit. et premior largitas impetrat. cum dño loquit. cum iudice fabulat. p̄sentem sibi facit quē videre non valet. ad penetralia iudicis precator admittit. et nullus inde respuit nisi ille qui in ea repidus inuenit. Hec cassio. Oz ergo quilibet deuotus intēdere studio orōnis. q; ipsa mentez ad celestia eleuat. et facit hoīem cum deo loqui. De hoc beatus bernā sic ait. Orō est hominis deo adherentis affectus. et familiaris quedam. et pia allocutio. et illuminate mentis statio ad fruēdum deo dulciter q̄diu licet. Dicit etiaz de hoc beatus ihēromi. Multum valet frequēs oratio. et deuota. quia hominez a terra subleuat. et ad celestia vehit. et facit hominē cum deo loqui. gratias ab eodē obtinet. dūmodo fuerit in ea deuotio mixta lacrimis. multum em̄ valet oratio frequēs conspersa lacrimis ad p̄merendam diuinam clemētiam. hec ihēromi. De efficacia etiam orationis sic dr beatus augusti. Oratio ē anime sancte p̄sidium. angelo bono solacium. dyabolo supplicium. deo gratum obsequiū. plerumq; aūt hoc negociū plus gemitibus q̄ orationibus agitur. plus fletu q̄ affatu. pura etiā oratio vice boni nuncij fungit ante deum. hec aug. Ergo ad orōnem deuotā nos hortat ysaac abbas ita dicens. Munda teip̄m coram dño. et semp habeas

memoriam eius in corde tuo.ne mora ptralxns extra memoriã dei sine secu/ritate stas.q2 securitas apud deũ ex ip sius frequenti colloquio multaq3 ora/tione.hec ysaacabbas. Inde est q3 dr abbas effrem. Orationes demiq3 pfecte illoz qui ex toto corde diligunt deum cũ magna exultatiõe ad celũ ascendũt Angeli etiã ꝛ archangeli cum gaudio occurrunt eis ꝛ suscipientes eas vsq3 ad throñũ sancti pducunt. Etenim mag na gloria sanctoz angeloz est ꝛ ineffa bilis letitie.cũ sanctissimas ꝛ purissi mas oraõnes obtulerint.hec effrem ab/bas Hanc etiã virtutẽ oraõis ꝓmen/dans beatus bern̄. sic ait. Quid oraõne preciosius que deo est sacrificiũ ange/lis organum.sanctis ꝓuiuiũ.oranti bus presidiuz.ꝓritis vnguentũ.reis scutum.penitentiby remediuz.hostiby iaculuz.ꝛ temptatis ommiby firmamẽ tum.hec bern̄. Et notandũ q3 devota ꝛ humilis oratio cũ ad deũ effusa fuerit celos penetrat atq3 alia multa efficaci ter bona impetrabit vt testat beatus ber nar.sic dicens. Que fidelis humilis ꝛ ferues oraõ fuerit.celum sine dubio penetrabit.vnde vacua redire nõ pote rit.ꝓterea semꝑ ad manuz habeatis tutissimũ oraõnis refugiũ.nemo vestrũ paruipendat oraõem suam.dico enim vo bis q2 ipse ad quẽ oramus nõ ꝓpen dat eam.priusq3 fit ab ore vestro.ipse scribi iubet eam in libro suo.ꝛ vnũ ex duoby indubitanter sperare debemus. qm̄ aut dabit qd̄ petimus.aut nouit nobis vtilius nõ dedisse.nos enim quid oremus sicut oportet nescimus sed mi seret ille supꝑ ignorantia nra ꝛ oraõnez benigne suscipiens qd̄ nobis aut oino non est vtile aut non tãcito dari neces/se est minime tribuit oro tñ infructu osa non erit.qm̄ quidem supte cura est deo tuo vt quotiens ignorans queris qd̄ tibi inutile est non te exaudiat sup hec sz muter illd̄ vtiliori dono.hec ber.

Filius

Quam itaq3 magnum effectum ha beat oratio desidero vt de oratiõe dominica que ceteris est eminentior/re lis me informare.

Ca. .II. Pater.

De oratione do/minica scire debes q3 ipsa est quam xp̄us instituit excellens oẽs ali as in trib9.viz in dignitate. breuitate ꝛ fecunditate In dignitate primo ex/cellit.q2 a dei filio edita est ꝛ docta In breuitate excellit scdo.ꝛ hoc ꝓpter.vij. Primo vt sciaꝫ cito. Secundo vt me moreꝫ melius. Tercio vt frequentius dicaꝫ Quarto vt dicens tedio nõ affi ciaꝫ. Quinto vt nemo de eius ignorã/tia excuseꝫ Sexto vt dñs cito exaudi/re ostendaꝫ. Septimo vt magis affe/ctu q3 voce rogeꝫ. Tercio oro domini/ca alias oraõnes p̄cellit in fecunditate. q2 in eo oĩa petenda ꝓtinent̄. naz oĩs petitio aut est de bonis adipiscendis. aut de malis amouendis. R Om ne aũt bonũ.aut est celeste.aut spũale. aut corpale.celeste petiꝫ ibi.adueniat regnũ tuũ.spũale ibi.fiat voluntas tua Petiꝫ etiã tpale cũ dr.panem nr̄m ꝛc Et sic in hac oraõne petiꝫ omne bonuz Item omne malũ.aut est p̄teritũ ꝛ hu ius amorionẽ petimus ibi.dimitte no bis debita nra ꝛc. Aut futurꝫ.cuius a/morio petiꝫ ibi.ꝛ ne nos inducas Aut p̄sens qd̄ amoueri petiꝫ ibi.sed libera nos a malo. Septima petitio est quasi oĩm ꝓfirmatio. Et notanduz q3 p. vij. dona spũssancti ꝛ p. septem petitiones in oratiõe dominica vitaꝫ septem mor talia vitia.ꝛ ĩperantꝫ.vij.britudines ꝛ iõ de his sunt pauca dicenda. Pria

igit petitio hec est. Sanctificet nomē tuū. tu qui noster es pr̄ cuius nos filij. dñs cuius nos serui. Confirmet in nobis hoc nomen vt non possimus desinere filij esse tui. non em̄ pt esse bonus filius nisi patri se humiliet. Per hāc excludit omnis superbia & introducitur timor qui est initium sapie. Inde sequitur prima virtus. scz paupertas spūs. ex qua sequit̄ prima merces. s. regnū celoꝝ. Secunda petitio hec est. Adueniat regnū tuum. hoc est. veniat totus mundus ad regnū tuum. sic excludit̄ invidia que est doloꝛ felicitatis alienę & introducit̄ donum pietatis. & sequitur scda virtus que est māsuetudo & impetrat possessionē terre viventiū. Tercia petitio est. Fiat voluntas tua. hoc ē optare vt sic fiant hoīes in terra. sicut angeli in celo. & sic excludit̄ ira que impedit ad cognoscendū que sit volūtas dei. & introducit̄ donum scīe quę doc̄ equanimiter conuersari. Inde sequit̄ tercia virtus. s. luctus p peccatis ꝓpr̄is & alienis & impetrat cōsolatōem eternā. Quarta petitō est. Panē nostꝝ quotidianum da nobis hodie. hoc est. oēm cibum qui pertinet ad refectōem anime. sic excludit̄ accidia que est fastidiū dīi verbi. & introducit̄ donum fortitudinis. Et seq̄tur quarta virtus. scz esuries & sitis hic in p̄senti tpali iusticia vel spūali vt impetret eterne beatitudīs satietatē. Quinta petitio est. Et dimitte nobis debita nostra. i. dimittimus ꝓximis debitum sicut nobis desideramus a deo dimitti. que expellit auaricia introducendo ꝓfectum. qđ est. vade & vende omnia q̄ habes & da pauperibus. quam sequit̄ quinta beatitudo que est mīa. que impetrat misericordiam dei. Sexta petitio est. Et ne nos inducas in temptatōem. & maxime ꝓpria gulam. Unde gula excludit̄ & introducit̄ donum intelligentie qđ superat crapulam. Et sequit̄ sexta virtus scz mundicia mentis per quā visio dei impetrat̄. Septima petitio est. Libera nos a malo. hoc est ꝓpria luxuriam & sic excludit̄ hoc vitiū. q̄ per mulieres apostatant etiā sapientes. & introducit donum sapie. & qui sapor̄ē huius gustauerit. a delectationibus luxurie elongabit̄. & sequit̄ pax inter carnem & spm̄. vel inter se & primū. per quā adoptō filioꝝ dei impetrat̄. ❧ Hic igit̄ sepienarius nūerus multū est insignis. Nam septē sunt sacramenta quibus aīma purgat̄ Sunt & septem dona spūs sancti quibus anima illustrat̄. sunt & septē beatitudines quibus anima beatificat̄. sunt & septem petitiones in dīca oratōne quibus ad deū accedimus. quibus vnimur deo in p̄senti per grām & in futuro per gloriā. Dicamus ergo. Pater noster. Dñs quippe noster magis voluit dici patrem q̄m dñm. q̄ ipse amari a nobis appetit non timeri. & vt quasi filij ab ipso celestia & spūalia. nō carnalia & tpalia petamus. De hoc ꝺt crisostomus. Dñs patrē magis se voluit dici q̄m dñm. vt fiduciam daret impetrādi. q̄ serui non impetrant quod petunt. Patrem se vocat non dominum. vt ostendat orantes non seruos sed filios esse. qui non cum ysmahele mobilia. sz immobilia cum ysaac percipere petunt. Hec crisostomus. Dicit etiam de eodez beatus gregorius. Si filium dei te credis. illa pete que tibi expediunt accipere & illum decet dare. si carnalia petis quomodo tibi illa p̄stabit. que & si habeas p̄cipit tibi vt ꝓtemnas. hec gregorius Nonvult ergo conditor ac pater noster. vt ab eo caduca & tempalia petamus sed potius eterna & que ad salutem anime p̄tinent. Unde abbas ysaac sup̄ oratōne dominica sic ait. Videtis igit̄ qualis nobis ab ipso qui per il

lam exorandus est iudice orationis sit modulus et forma ꝓposita. in qua nulla petitio diuitiaꝝ. nulla memoria dignitatū. nulla potentatus aut fortitudinis postulatio. nulla corporee sanitatis seu talis vite mēritio ꝓtinet. Nihil em caducū vultra se nihil vile. nihil tale eternitatis ꝑditor ꝑlorari. Itaq; magnificentie eius ac munificentie eius maximā irrogauit iniuriā. quisq; his sempiternis petitionibꝫ ꝓtermissis et tranfitoriū ac caducuꝫ ab illo maluerit postulare et offensam potius q̄ ꝓpiationē iudicis sui. vtilitate oratōis incurrit. hec ysaac. Vbi notandū q̄ multi sunt. qui vocant deū patrē et filij eius nō sunt. sed potius diaboli. cuius voluntatē ꝑseuerando faciūt. et tales in suis orationibꝫ nō exaudiunt. De quibꝫ richar. de sancto victore sic dr. Quam multi dei donū deū deprecaturi ingrediunt. et q̄ pauci exaudiunt. Quam multi vocant deū patrem in hac oratōne qui eius nō sunt filij. sed illius patris de quo scriptum est vos ex patre diabolo estis. dei non sunt filij. qui ꝑdiderunt grām. et iaboli sunt filij. qui genuit eos et nutrit ꝑ culpā. hec richar. Per hoc etiā q̄ dns iussit se a suis fidelibus patrē appellari multa bona includit. que assequunt hos. qui diligunt deuꝫ. De hoc crisꝰ. sup̄ matth. sic ait. dicendo pater noster et veniā petōꝫ et penaꝝ interitum iustificationē et liberationē ac filiorū adoptionē hereditatē dei ac fraternitatē cū vnigenito copulatā. sanctiq; spūs dona largissima vno sermone significauit. hec crisꝰ. Cū vero dns in hac oratōne dr noster viz pater et non meus ostendit ꝑ hoc q̄ nōnius sed multorū pater est. Prius em erat vnius pater. s. xp̄i ꝑ naturam. sed ex tpe factus pater multoꝝ ꝑ gratiam. Vult etiā deus vocari ab oibꝫ ꝓmuniter pater. ne quis de nobilitate generis supbiat. Vñ dr beatus aug. per hoc q̄ dr noster inuitat nos ad humilitatē. vt nemo de nobilitate generis supbiat. nemo aliū ꝓtemnat. oēs em filij dei sumus. hec augu. Qui es in celis. Vñ thomas de aquino. Ac si diceremus da nobis quod petimus. q̄ potens es in aula celesti. vbi omne bonum redundat et effluit. Item de eodem idem thomas dr. Cū deus sit vbiq; dr tñ p̄cipue in celis ꝓpter tria. Primo vt in feruore spiritus adoret. q̄ spiritus est deus. et qui adorant eum in spiritu et veritate oportet eum adorare. Secundo vt mens adorantis ad celestia eleuet. hoc idem sentit crisꝰ. dicens. Qui in celis non ibi deū ꝑcludēs sic ait sed a terra abducēs orantem et excelsis regionibꝫ affigens orantis mentē. hec crisꝰ. Dicamus igitur. Pater noster qui es in celis sanctificet nomen tuū. Prima petitio in cuiaꝰ Sup̄ hac dominica oratōne ysaac abbas in prima sua collatione sic ait. Cū vniuersitatis deū ac dominum patrem nostrum esse voce ꝓpria ꝑfitemur de ꝑditione seruili in adoptionē filiorꝫ nos ꝓfitemur ascitos adijcientes deinde qui es in celis. vt ꝑmemoratione ꝑfectis vite. qua in hac degimus terra velut peregrina atq; a patre nostro longissime nos sepantem. toto horo revitantes. ad illam potius regionez in qua patrem nostrum commorari fatemur. summo desiderio properemus nihilq; admittemus eiusmodi. quod indignos hac nostra ꝓfessiōe et nobilitate tante adoptionis efficiat et hereditate paterna velut degeneres ꝓiuet. et nā faciet nos iusticie eius ac seueritatis incurrere vīdictā. In quē filiorꝫ ordinē gradūq; ꝓfecto illa ꝓtinuo q̄ est in filijs bois pietate flagrabim? et affectu. vt iā non ꝓ nēis vtilitatibꝫ sed ꝓ

nostri patris gloria totū impēdamus affectum. dicentes ei. Sanctificet̄ nomen tuū. nost̄ desideriū. nost̄ gaudium. gloriā nostri patris esse testantes. imitatores effecti illius qui dixit. qui a semetipso loquit̄ gloriam p̄priā querit. qui autē querit gloriā eius qui misit illū hic verax ē ⁊ iust̄icia in eo nō est. Deniq; vas electōis hoc repletus affectū etiā anathema optat fieri a xp̄o dummodo ei familia multa acquirat̄ ⁊ ad gloriā sui patris salus totius istius elitice plebis accrescat. hec ysaac abbas. ¶ Debemus ergo desiderare ac petere cū dicimus. sanctificet̄ nomen tuum vt sc̄itas dei ac gloria eius omnib⁹ hoīb⁹ innotescat. nec quicq; sanctius a creatura rōnabili extra deū estimet̄ vel habeat̄. De hoc ait beatus Augu. Sanctificet̄ nomen tuū. qđ sic non petit̄ quasi non sit sanctum dei nomen. sed vt sanctū habeat̄ in hominib⁹ ⁊ ita innotescat deus vt nō estiment aliquid sanctius. hec aug. P̄ōt etiaz petitio hec aliter recipi. Unde ait beatus bern̄. Sanctificet̄ nomen tuū. quō sanctificari p̄t ab hoīe qui sanctificat omnes hoīes. aut sanctū nomen quō sanctificari potest in quo sanctificant̄ omnes sancti. Sed sc̄ificamus deū in nobis qñ scientes eum sanctū timemus ⁊ sollicite vigilemus ne forte violem? nomen sanctū eius in nobis per mala opera. hec bern̄. Dicit etiam de hoc anselmus. vt sanctificet̄ quotidie dēpcamur. opus est enim nobis p̄tinua sanctificatione. vt qui quotidie delinq̄mus delicta nostra sanctificatōe assidua purgemus. hec anselmus. Sanctificet̄ inquā nomen tuum. vt nos tui sanctificatō eo plenius cunctis innotescat. quo te pfectius ognoscere. amare ⁊ reuereri possumus ⁊ sc̄ificatōis tue similitudinē inducendo tibi patri sicut veri filij p̄fo-

memur. vt vnus tecū sp̄us efficiamur in tuam transformati claritatem In cipit secunda petitio. Adueniat regnū tuum. regnū videlicet future gl'ie. Unde thomas de aquino. adueniat regnū tuum. i. eccl̄a militans vniat̄ triūphāti. Dicit etiam de hoc cyprianus. Regnū nost̄ petimus aduenire a deo nobis repromissum. ⁊ xp̄i sanguine acq̄situm. vt qui in seculo ei seruimus. postmodū in xp̄o regnante regnemus Et item beatus thomas de aquino. Adueniat regnū tuum iocundum sine p̄mutatione. tranquillū sine perturbatione. letum sine amissione. ⁊ perenne sine terminatōne. vbi erit vnus amor omnium elector̄. vbi deifica erit visio cum interna mentis fruitōe que est ipse deus. hec tho. X Et notandū q̄ triplex est regnum dei. Unum est future glorie. de quo modo dictum est ⁊ p̄missum. Secundum est qñ xp̄us inhabitat ⁊ possidet corda fideliū p fidē ⁊ dilectōem suam. De hoc per ipsum dominum dr. Regnum dei intra vos est. Tercium est quod dabit̄ fidelibus corporib⁹ iam glorificatis post finale iudicium. De quo dr. Uenite benedicti possidete regnum. Ista p̄memorat ysaac abbas in exp̄sitōe dñice orationis ita dicens. Scda petitio mētis purissime aduenire iam iā q; regnum sui patris exoptat. vel illud. s. quo quotidie xp̄s regnat in sanctis. qđ ita fit cū dyaboli impio per extinctōem ferenti um vitior̄ de nostris cordib⁹ expulso. deus in nobis per virtutū bonā flagrātiam ceperit dominari devicta fornicatione castitas. superato furore tranq̄llitas. calcata superbia humilitas in nostra mente regnauerit vel certe illō qđ p̄destinato tp̄e omnib⁹ est perfectis ac dei filijs generaliter repromissum. in quo dicet̄ eis a xp̄o. Uenite benedicti

patris mei possidete paratum vobis regnū a ꝯstitutione mundi. hec ysaac abbas Et ꝯsiderandus ꝙ aīa deuota q̄si sponsa dei in ipo vnico dilecto suo qui escere desiderās. ⁊ eius frui amplexibus ardēter sciēs. ꝙ cuius amore oīa inferiora eivilescunt. q; desideria sua aliter tpare nō sperat. nisi tota illic trā seat. vbi eū facie ad faciē irrepcussa acie videat. flagitando pcaī citius hoc adimpleri. cū apl̄o dicente cupio dissolui ⁊ esse cū xp̄o. q; q̄diu sumus in hoc corpe. peregrinamur a xp̄o dño. ⁊ in multis offendimus oēs. ita vt si dixerimus. q; pctm̄ nō hēmus nosmetipsos seducimus. ⁊ vitas in nobis nō est Cū ei pctm̄ dicaī auersio a summo bono. ⁊ ecōuerso ad malū inferius. in quantū inde aduertimur. in tantū pcto nō caremus. Et qui magis auertit magis peccat ⁊ qui minus. minus nō aūt inde auerti nō est pegrinantiū sed puenientiū. q; si voluntatis intentio ei adhęret. affectus tm̄ sepius hinc inde distrahit. memoria multis aliis occupaī ⁊ intelligentia cecutiēs ipāz veritatis lucē nō pure intuet. ⁊ ex his fit ꝙ aliq̄n in istis inferioribus impingimus ⁊ impellimur vt cadamus nisi dñs manū suā supponat. vt non collidamus. inde gemens dr. Sitivit aīa mea ad deū fontē vivum hec oramus cū dicimus Aduemiat regnū tuū Ac si dicamus pondere pctī ⁊ corpe pegrauati non valemus ad illū volare Aduemiat igit regnū tuū ⁊ nos celeriter hīc assumat. vt ab ista miseria liberem̄. interim in nobis opare tibi regnū in iustitia ⁊ pace ⁊ gaudio spūssancti. vt eo liberius post hanc pegrinatōez celeste regnuz possideamus. ¶ Incipit tercia petitio. fiat voluntas tua sicut in celo ⁊ in terra. super quo ꝛbo thomas de aquino dr. i. sicut in ciuibz celi ita ⁊ in ciuibz terre. hoc est sicut illi ꝓfortmant voluntatē suam voluntari diuine sic faciant oēs hoīes existentes in terrestri habitatione. hec thomas. Dicit eriam de hoc crisſ. Fiat voluntas tua q̄si dicat. presta nobis domine ꝑfectionem imitari celestē. quatenus q̄dēq̄ tuvis. nos etiā velimus. Et beatus aug. Fiat voluntas tua tē. vt que odis odiamus. ⁊ que amas diligamus. ⁊ que precipis impleamus. ⁊ sic voluntari tue erimus conformes. hec aug. De hac tercia petitione eriam abbas ysaac in collatione patrum sic ait. tercia supplicatio filioꝝ est. fiat voluntas tua qua nō potest iam esse maior q̄ oratur vt terrena iam mereanī celestibz coequari. nam quid est aliud dicere fiat voluntas tua q̄ vt sint homines similes angelis. Et sicut voluntas dei ab illis implet̄ in celo. ita ⁊ hi qui in terra sunt non suam sed eius vnuersi faciāt voluntatem. hoc quoq̄ ex affectu nemo dicere prevalebit. nō is solus qui credit deum omnia que videnī vel aduersa vel prospera pro nostris vtilitatibus dispensare. magisq̄ eum pro suorum salute ⁊ commodis prouidū atq̄ sollicitum q̄ nosipsos esse pro nobis. hec ysaac abbas. Et notandum ꝓt dr beatus augustinus. ꝙ in illo beatitudinis regno vita beata perficitur in sanctis sicut nunc in celestibus angelis. ⁊ ideo post illam petitionem qua dicimus. Aduemiat regnum tuum sequitur. Fiat voluntas tua. Sicut enim in angelis qui sunt in celis voluntas tua fit vt te perfruantur. nullo errore obnubilante eorum sapientiaz. nulla miseria impediente eorum beatitudinem. ita fiat in sanctis tuis. qui in terra sunt. ⁊ de terra q̄tū ad corpus pertinet facti sunt. hec augusti. Vbi cōsiderandū ꝙ q̄liber religiosus ac deuotus

homo quasi filius patri per omnia pa/
tere ⁊ placere affectans patrem deuo/
te orat vt eũ a voluntatis sue beneplaci
to in nullo discrepare patiat. in acti/
bus. in voluntatibꝫ. in moribꝫ sibi ita
p̃formẽ. vt nihil in eo paternos oculos
offendat. hoc solũ sibi reputat solaciũ
⁊ sp̃ desiderans vt pater celestis tm̃ su
am cum eo voluntatẽ perficiat. siue ex/
ercendo in aduersis. siue p̃solãdo in p
speris. vel quocũq; alio modo sibi ma
gis placet. vere filialis ⁊ fidelis affec/
tus. nulla que sua sunt querere. nõ cõ
moda. non honores. non p̃solatiões
sed solum placitũ p̃ patris. ✠ Magnũ
est hoc a deo petere. ⁊ magnũ obtinere
vt tales nos in hoc peccati corpore fa/
ciat. vt illi summe veritati placeamus
⁊ ab eius directionis regula nõ deuie/
mus. nihil melius. nihil utilius in mũ
do posset nobis p̃ferre summus pater
q̃ tales nos faceret vt ei per oĩa placea
mus. hoc igit̃ petimus cũ dicimus ✠ Fi
at voluntas tua. vt sicut illi supernĩ ci/
ues ad voluntatẽ tuam dispositi sunt.
ita ⁊ nos p̃ modulo ad voluntatis tue
beneplacitũ disponamur ✠ Inci
pit quarta petitio. ✠ Panem nostr̃ quo
tidianũ da nobis hodie. Sup̃ quo ver
bo Tho. de Aquino sic dr. ✠ Panis qui
hic petit̃ est deus qui est cibus angelor̃.
⁊ refectio beator̃. qui de celo dat̃ ⁊ in
terra comedit̃. quo si quis usus fuerit
mortẽ in eternũ non gustabit. ✠ Hã ipe
ait. Ego sum panis viuus qui de celo
descendit. si quis mãducauerit ex hoc
pane viuet in eternũ. hec ille. Quia igi
tur per pctm̃ vulnerati sumus ⁊ quoti/
die vulneramur. necẽ est vt medicinã
sp̃ualẽ nostris vulneribꝫ adhibeamus
✠ Medicina uero summa est venerabile
sacrm̃ corporis dñi nostri ihesu christi
De hoc dr beatus berñ. Qui vulnus hz
medicinã querat. vulnus ei habemus
dum sub peccatis sumus medicina est
venerabile sacrm̃. qđ si quotidie acce/
peris quotidie curaberis. hec ber. ✠ Hoc
intelligendũ est de illis qui carent pec
catis mortalibꝫ ⁊ in statu gre existes.
secus uero faciẽtes pctm̃ ⁊ indigne ac
cedentes non salutẽ sed damnatiõem
incurrunt. ✠ Hñ orandus est dñs vt pa
nem hunc vite det nobis cum pura cõ
scientia hic in p̃sentivita sumere. vt p̃ti/
cipes illius in eterna patria existere va
leamus. ✠ De hoc ysaac abbas sic ait.
✠ Panem nostr̃ sup̃substantialẽ da no
bis hodie. i. dum in hoc seculo p̃morа
mur p̃esta nobis hunc panem. ✠ Nouĩ
mus enĩ his qui eũ meruerint a te ⁊ in
futuro esse p̃standũ. sed rogamus vt
eũ nobis hodie largiaris. q̃ nisi eũ p̃/
cipere quis in hac vita meruerit. in a/
lia eius p̃ticeps esse non poterit. ✠ Hec
ysaac abb. ✠ Debet ergo quilibet deuot̃
quasi mendicus ⁊ paup̃ coram diuite ⁊
benigno patre p̃cumbens ⁊ inopiã suã
oñdens flagitare ab ipso. vt panẽ gre
amplioris quo p̃fortet̃ quo p̃soletur ⁊
sustentet̃ ad resistendum malis sibi p̃/
stare dignet̃. ✠ Triplici namq; pane in
digemus quem nobis a domiõ deo no
stro instanter postulare debemus hoc ẽ
celesti. spũali ⁊ terresti. ✠ Celestis est cor
pus xp̃i. de quo ipse dñs ait. ✠ P̃ me?
dat vobis panẽ de celo uer̃. ✠ Spũalis ẽ
verbũ dei ⁊ gĩa interna mentẽ ab eter/
na inedia virtutum ⁊ donor̃ alimento
reficiens. ✠ De hoc dr p̃ ps Et panis
cor hoĩs p̃firmet ✠ Terrestris est virtus
⁊ alimentum quo hoc corpus necesse
habet sustentari. ✠ De quo dicit crisost.
✠ Potest hic panis sumi materialiter.
quem non solũ petimus vt habeamus
eo q̃ communis est iustis ⁊ peccatori/
bus. sed vt quod manducamus de ma
nu dei accipiamus. quod est tm̃ bono
rum. nam illi deus dat panẽ. qui cũ in

sticia acquirit panē. illi vero diabolus qui cū vsura acquirit panem. hec cris. Et q2 omni hora indigemus vt celesti aut spirituali aut corpali ideo semper iubemur postulare panē tā interioris q3 exterioris hois cū in oro̅ne dominica dicimus ℙanē nostrū quotidianū da nobis hodie. ℭ Sequit quinta petitio Et dimitte nobis debita nostra sicut ⁊ nos. Sup quo ait thomas de aquino sic ōt. debita dicunt pcta. que nos debitores pene constituūt. que nobis a deo dimitti petimus si in nobis peccātibꝫ offensas relaxamus. hec thomas. Et notandū sicut ait beatus aug. Si debitoribus nostris. i. eis. qui in nos peccant non dimittimus. ipa nostra oro̅e inculpamur. ⁊ deū aduersus nos in iracundiā excitamus. ⁊ ipsi super nos inducimus maledictionē. sicq3 fit vt oro̅ cuz debeat esse salubris fit noxia ⁊ pcta nostra que debuimus minuere orando augemus Dicit etiā de hoc cris. Qui inimicitiā in corde ⁊ in ore seruat aduersus ledentē non deum orat sed irritat ipm apud deum gratiā non obtinet sed eternam damnationē sibi postulat. hec crisost. Inde est q3 ait beatus bernā. Venia dei peccatori nō datur. cuius cor rancore aut liuore inuidie afficit. Si igit vis vt tibi peccata a deo dimittant. omnis rancor ⁊ indignatio a corde tuo euellatur. hec bernā. Dicit etiam beatus gre. Quo orat qui iracundiā aduersus primum portat. non em speret apud dm veniam peccator suorū. nisi prius ex corde indulserit primo offensam culpā. nā put ait ysido. Sicut nullum pficit in vulnere medicamentū si ferruz adhuc in eo sit sic mbil pficit oratio illius. cuius adhuc dolus est in mente vel odiuz in pectore. hec ysidorus. Sup hac etiā clausula. Dimitte nobis. ysaac abbas in collatione patrum sic ait. O ineffabilis dei clementia. que non soluz nobis tradidit oro̅nis formā ⁊ acceptabilem sibi in nobis mox nostrorum instituit disciplinā. vt p necessitatē tradite formule qua se precipit a nobis semp orari ire pariter ac tristicie euellit radices sed etiā occasiones rogantibꝫ tribuit. eisq3 referat viam. qua clemens ⁊ piū erga se dei pbent iudiciū pmulgari vel pdire. ⁊ quēadmodū potestatē tribuit. q2 iudicis nostri possimus sententiā temperare ad rem̄ delictor̄ nostror̄z exemplo eū remissionis nostre effectū hortantes cū dicimus dimitte nobis debita nra sicut ⁊ nos. Itaq3 securus huius oro̅nis fiducia de suis admissis veniam postulabat. quisquis remissus erga suos dūtaxat non erga dominī sui extiterit debitores. Solemus em non nulli qō est deterius erga illa quidem que admittunt ad iniuriam dei q3uis magnor̄ sint criminū placidos nos ⁊ clementissimos exhibere erga nostra vero vel quissimar̄ offensionuz debita exactores immites atq3 inexorabiles inueniri. Quisquis igit in se delinquenti fratri non ex corde remiserit. nō indulgentiā sed dānationē deprecari one hac sibimet ipetrabit. suaq3 pfessione semetipm poscit durius iudicari dicēs. Remitte mihi sicut ⁊ ego remisi. Qō cū illi fm suam petitionē fuerit repētatū quid aliud subsequet q3 vt exemplo suo implicabili ira ⁊ irremissa sma puniat. Ideoq3 si clementer velumus iudicari nos quoq3 erga illos qui in nos deliquerunt oportet esse clementes. cm em remittetur nobis quantū nos remisertmus eis qui nobis quacūq3 malignitate nocuerunt. hec ysaac Unde ea benignitate debemus dimittere in nos quoliber modo peccantibus. qua nobis desideramus dimitti. qō

ꝓcauimus.vt eo abundantiozem in dulgentiã noſtroꝝ ꝓccaminũ ab ipſo dño ꝙequi mereamur ℣ Sequitur ſexta ꝓtitio Et ne nos inducas in temptatiõem.Qđ exponens thomas ſic đt.i.non ꝓmittas nos ſuccũbere in temptatõe.non eñ ꝓtimus vt non tẽ ptemur.qz temptari non eſt malũ.ſed magis eſt ad ꝟtutis exercitium qñ viriliter reſiſtit.ꝓter qđ dauid đt.,ꝓba me dñe ⁊ tempta me.ſed ꝓtimus ne ĩ temptatõem inducamur.i.ne ab ipſa temptatõe deuĩcamur.hec tho.Dicit etiam beatus auguſt.Non ozamus vt temptatõnes non ꝟeniant.ſed ne ducamur in temptatõem.qđ eſt ſuccũbere.qz temptatio cui reſiſtit non eſt ꝓccatum.ſed materia exercẽde ꝟtutis.hec augu. ℇ Et notandũ ꝙ ſine adiutozio dei ipſis temptationibꝫ reſiſtere non valemus.⁊ ideo ꝺña nobis vult rogari ne inducamur in temptatõem vt erepti a caſu temptationũ hoc beneficium ab ipſo nos habere recognoſcamus.Qđ affirmat beatus ambro.ita dicens.Nihil fit niſi quod deus facit aut fieri ꝓmittit.Potens eſt ergo ⁊ a malo in bonũ ꝺeflectere.ac ꝟolũtates noſtras in lapſum ꝓnas ꝙuertere ⁊ dirigere in ſe planũ greſſum.Voluit ergo deus a ſe poſci ne feramur in temptatõem.qz voluit nos ꝺocere ꝙ ab ipſo hoc beneficiũ accipimus.qñ dyabolũ in temptationibꝫ ſupamus.hec amb.Unde ſm anſel.nos monemur hic dicere ⁊ petere.ne ꝺerelicti adiutozio ꝺi alicui dyabolice temptatõi vel ꝙſentiamus ꝺecepti.vel cedamus afflicti.Sed qz a dyabolo non temptari ſanctos in pñti vita eſt impoſſibile.⁊ idõ ne in temptationibꝫ ꝺerelinq̃mur hoc a deo flagitemus.qz reſiſtere dyabolo non eſt noſtre ꝟtutis,ſed eſt ꝺine potentie.De hoc đt fulgeñ.Mandat ꝺo minus vt petamus ne inducamur per ꝙſenſum in ꝺelectatõem.ſ.carnis mũdi ⁊ dyaboli.Sup quo etiã verbo.ſcz Et ne nos ꝛc.yſaac abb.in collatõne patꝝ ſic đt.Si eñ ozamus vt non permittamur temptari vnđ erit in nobis virtus ꝙſtantie ꝙꝛobanda ſm illam ſnĩam.Omnis vir qui non eſt temptatus non eſt ꝓbatus.Non ergo ſonat ne inducat nos in temptatiõem quaſi non ꝓmittat nos aliqñ temptari.ſz ne permittat nos in temptatõne poſitos ſuꝑari.Temptatus eſt eñ iob.ſed nõ eſt inductus in temptatõem.nõ enim ꝺedit inſipiam deo.nec ad illã ad quã trahebat temptatoꝛis voluntatem ozo impio blaſphemus intrauit.Temptatus eſt abꝛahã.temptatus eſt ioſeph.ſed neuter illoꝝ inductus eſt in temptatõem.qz nullus eoꝝ ꝙſenſum prebuit temptatoꝛi.hec yſaac abbas. ℉ Conſiderandũ aũt ꝙ ꝓeter infernalẽ damnatõem nulla ira dei grauioꝛ eſt.q̃ non deſcẽdere a ꝓccato.hanc vero maxime meret ſuperbia.ingratitudo ⁊ incuria vt homo ꝓfundius cadere ꝓmittat.hoc eſt enim qđ ozamus Et ne nos inducas in temp.i.ne permittas nos cadere in ꝙſenſum ꝓccati.Inducere deus ꝺr cũ non cuſtodit ne induꝯcamur.ſicut ĩdurare ꝺr coꝛ ꝓccatoꝛis cũ hoc per grãm non emollit ſue interuenctionis.hoc ergo impugnatõis ⁊ tribulatõis a nobis timendũ eſt ne ſuo pondere nos oppꝛimat.⁊ per ꝙñs ad eternam damnatõem perducat.

℄ Sequit̃ ſeptima.Sz libera nos a malo Qđ exponens thomas de aquino ſic đt.i.a ꝓccato originali ⁊ actuali.ab amoꝛe mundi.a ꝓꝛio ſenſu.⁊ a ꝓꝛia voluntate.quibꝫ ꝺepoſitis fit hõ pauper ſpũ.quod totuz fit per ſpũm timoꝛis.Unde cum dicis.Sed libera nos a malo.rogas tibi dari ſpm̃ timo

ti.s.p quem factus pauper spiritu libe
ratur a malo. hec thomas Item sup eo
dem ot beatus aug. Libera nos a malo
.i. a mundo vel a pctõ vel a purgatorio
vel ab inferno Et notandum q multa
sunt mala. quibꝫ hũana ꝺditio mole
stat̃ q quoꝝ pssurã p se minime euade
re valet. Que generaliter cõsiderata
fer modis distinguere possumus. naꝫ
aliud est malũ corpis. aliud aĩe Item
aliud est malũ qđ est culpa. aliud qđ ẽ
pena. Item aliud malũ pñtis seculi.
aliud est malũ futuri. Ab oĩbꝫ istis q
ab alĩs que p ista ꝓhendunt̃ vel sub
istis ꝓtinent̃ petimus liberari qñ ora
mus dicẽtes Libera nos a malo. Sup
quo etiã ꝟbo thеophi. sic ot. a malo vi
delicet culpe q pene. Culpe quo ad gra
tiam. pene quo ad eternã penã q sic in
hac orõne petimus ab omni malo libe
rari. s. a pñti pterito q futuro. q sũmo
bono vniri qđ ẽ ipe ds bñdictus in se
cula seculoꝝ Amen. Amen aũt nec gre
cum nec latinũ sed hebraicũ est. q qñq
accipit̃ ꝟbaliter p fiat vt in fine orõis
dicimus Amen. i. fiat nobis deus qđ
a te humiliter petimus. Qñq accipi
tur aduerbialiter vt xp̃us ait. Amen a
men dico vobis. i. firmiter q fideliter.
Uñ ot aug. Amen. i. vere vel fideliter.
vere quo ad intellectũ. fideliter quo ad
affectũ. q ideo dñs ponit in fine amen
qz hec orõ potissime ex intellectu q af
fectu dicẽda est. Et sic patet explana
tum de orõne dominica Deinde notã
dum q etiam alie diuerse sunt spẽcies
orationũ ꝑm statũ ꝺditionũ seu indigẽ
riam diuersorum hoĩm Aliter eñ sup
plicat quis cũ alacer est. aliter cũ trісti
cie vel desperationis pondere ꝓgrauat̃
Aliter cũ spũalibꝫ successibus viget.
Aliter cũ impugnationuꝫ mole deprі
mitur. Aliter cũ venіam pctõꝝ ĩplorat
Aliter cũ acquisitionẽ gratie seu cuiuſ
libet virtutis exposcit vel certe extincti
onem cuiuscũq virtꝫ deprecat̃. aliter
cũ ꝺfideratione gehenne ac futuri iudi
cij timore ꝺpungit̃. aliter cũ spe futu
roꝝ bonoꝝ desideriоꝝq inflãmat̃. ali
ter cũ necessitatibꝫ q piculis vrgetur.
aliter cũ in tranquillitate q securitate
versat̃. aliter cũ sacroꝝ celestiũ revela
tionibꝫ illustrat̃. aliter cum sterilitate
virtutũ ac sensuũ ariditate ꝺstringit̃.
¶ Uñ apls paulus orationuꝫ spẽs
quadripartita rõne distinxit dicens.
Deprecoratiq primũ oĩm fieri obse
crationes. orõnes. postulationes. gra
tiaꝝactiones. Obsecratio eñ est pro
peccatis implоratio. qua pro presenti
bus vel preteritis admissis suis vnus
quisq compunctus veniam deprecat̃
Orationes sunt quibꝫ aliquid in pre
ce domino offerimus vel vouemus deo
Nam oratio est mentis deuotio scõm
augu. i. conuersio mentis in deum per
pium q humilem affectũ. ¶ Affe
ctus vero orationis est spontanea que
dam q dulcis ipsius aĩmi inclinatio.
quo mouet̃ ad orandum deum. q istud
agitur per orationẽ que fm damasce.
est ascensus mẽtis in deũ De qua etiã
ot beatus augusti. Oratio est ascensio
anime de terrestribꝫ ad celestia. inquі
sitio supnoꝝ inuisibilium desiderium.
Nihil aũt ira deũ inclinat ad pietatem
q misericordiam exhibendam homini
quẽadmodum purus mentis affectus
quez homo gerit erga deum Oramus
etiam cũ renũciamus huic mundo. q
spondemus nos tota intentõne deo ser
uituros. Oramus cũ pollicemur secu
lari honore ꝓtempto q terrenis opibꝫ
spretis in omni contritione cordis ac
paupertate spiritus nos domino colꝝ
turos. Tercio loco ponunt̃ postulatio
nes quas pro aliꝭ cõgdiu sumus in fer
uore spiritus constituti solemus com/

mittere. vel p caris .s. nostris. vel p toto rius mundi pace postcentes. vel sm verba apostoli p omnib hominib qui in sublimitate sunt positi supplicam?. vel cū petimus assecutionem alicuius boni vel alicuius mali nos pturbantis euasionē. ℟ Quarto loco gratiarumactões ponunt quas mens vel cū preterita dei recolit beneficia. vel cum presentia ꝓtemplat. seu cum in futurꝝ que t quanta prepauerit deus his qui diligunt eum pspicit grās dño refert. Sic grārumactiones ptinet. beneficia que accepimus diligēter recolere. subtiliter intelligere. fideliter intelligere fideliter ꝓtinere. studiose ꝓseruare. beneficium diligere. ac dei offensam cauere. t grām acceptam non ociose negligere. Debet nōnunq̄ quilibet deuotus perpendere beneficia dei rā eximia per que in nobis salutē operat. Quid aūt potest dignius aut sublimius eē q̄ corpus t sanguis xpi vel gra spūssancti t gloria regni celestis. que dat fidelib suis preter alia que ab ipso pcipimus iustificatōem a peccato. gratiam sanctitatis. adoptōnem filiorꝝ dei. ꝓsolatōem interna. defensionē a piculis. ꝓsortiū angelorꝝ. t beatitudinē corporis t ale. t visionis dei fruitōem ℟ Propterea igit ommib gratias agamus dño deo nostro. non solū aūt p his. sed etiam p alijs domis t beneficijs que deus suis electis quotidie ꝓfert gratiarꝝ actio illi est psoluenda. Ex quib quedā dona ꝓmemorat beatus ber. ita dicens Quotiens temptatio superat aut virtum subiugat. aut imminens periculū declinat. aut laqueus insidiantis deꝑ hendit aut annosa t inueterata quecūq̄ animi passio semel pfecteq̄ sanat. aut multū diuq̄ ꝓcupita t sepius petita virtus tandem aliqñ dei munere obtinet. toties psonari debet grāruma ctio t ad singula queq̄ beneficia debet benedici deus in domis suis. hec bernardus. Sunt t alia quedā a dño valde accepta. vicz vox laudis. Sacrificiū laudis honorificabit me. istud verosacrificiū deo nostro psoluimus qñ eum in psalmis dauiticis t ymnis laudamus. Quid enim dignius aut acceptius os carnis ipsi dño potest deprome re. q̄ psalmos deū magnificantes decantare. per quos creatura tam rationalis q̄ irrationalis ad laudandū deum excitat. cum dr. Laudate dñm de celis vel cum dr Benedicite omnia opera domini dño. vel qñ dr Confitemini domino qñ bonus. vel cum dr. Te deum laudamus. t similia que in canticis aut psalmis ymnisq̄ ꝓtinentur. per que ꝓditor noster summe laudatur Unde sancta ecclesia horas canonicas decantare statuit. in quib maxie psalmi. ymni t cantica ꝓprehendunt. vt fideles in hac peregrinatōne positi laudantes t benedicentes deum post hoc exilium in celesti patria eo perfectius cum angelis t ceteris sanctis ibidem laudare ipsum valeant inetern uꝝ. De quib ommib per psal. dicitur. Beati qui habitant in domo tua domine. in secula seculorꝝ laudabunt te.

Filius.

Habita informatione de dominica oratione. alijsq̄ speciebus orationū. nunc de distractōe mentis t aliis impedimentis eiusdem orōnis que orantib occurrunt cupio edoceri.

Ca. III. Pater

DE hoc qđ queris scire debes q̄ quidam sunt qui orant nullo corde. quidā cum medio corde. quidā aūt cū toto corde. Illi eñ orant cū nullo corde qui in orōe positi nec hūt ibi intellectū p intentōꝝ

